DE ARTE

RHETORICA LIBRI tres ex Aristotele, Cicerone & Quintiliano præcipue deprompti.

de Colegio de la compª de Jesus de G...

Authore Cypriano Soarez Sacerdote Societas IESV.

nuevo de la Libreria



HISPALI.

Ex officina Alphonsi Escriuani. Expensis Andreæ Pescioni.

Cum Facultate.

1573.

DON Phelipe por la gracia de Dios, Rey de Castilla, de Leon, de Aragon, de las dos Secilias, de Hierusalē, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galizia, de Mallorcas, de Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de Iaen, Cōde de Flādes y de Tirol. &c. Por quāto por parte de vos Andres Pescioni librero, vezino dela ciudad de Seuilla, nos fue hecha relacion, que enestos nuestros Reynos auia grā falta de la Rhethorica sacada de Aristoteles, Ciceron, de Quintiliano, que era para estudiātes: à cuya causa se dexaua de leer en las escuelas, y que à vuestro poder auia venido el dicho libro, y por no auer impression del auia falta dellos. E porque era muy vtil y necessario nos suplicastes os diessemos licēcia y facultad para le imprimir conforme a la nueua pragmatica, por nos sobre ello fecha, o como la nuestra merced fuesse. Lo qual visto por los del nuestro Consejo, por quanto enel dicho libro se hizo la diligencia que la dicha Pragmatica dispone, fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra carta en la dicha razon, y nos tuuimos lo por bien. Y por la presente damos licencia y facultad a qualquier impressor destos nuestros Reynos, para que por esta vez pueda imprimir el dicho libro que de suso se haze mencion, sin que por ello cayga ni incurra en pena alguna. Y mandamos que la tal impression se haga del dicho libro original que va rubricado cada plana, y firmado al fin del de Francisco de Vallejo nuestro escriuano de camara, de los que en nuestro Consejo residen. Y despues de impresso no se pueda vender ni vēda el dicho libro, sin que primero se trayga al nuestro Consejo, juntamente con el dicho original: para que se vea si la dicha impression esta conforme a el, y se tasse en lo que cada libro se ouiere de vender: sopena de caer è incurrir en las penas contenidas en la dicha Pragmatica y leyes de nuestros reynos, è no fagades ende al, sopena de la nuestra merced, y de diez mil marauedis para la nuestra camara. Dada en Madrid a veynte dias del mes de Septiēbre, de mil yquiniētos y sesenta y ocho años.

D. Cardinalis.	*El Doctor Diego Gasca.*	*El Licenciado Fuen mayor.*
El Licenciado Iuan Thomas.	*El Doctor Francisco Hernād. de Lieuana.*	*El Licenciado don Antonio de padilla*

¶Yo Francisco de Vallejo escriuano de camara de su Cath. M. la fize escreuir por su mandado, con acuerdo de los del su Consejo.

CYPRIANVS SOAREZ
Christiano Lectori, S.

LONGE PROFECTO *melius, atq; prudentius studijs suis consulunt, qui optimos autores in omni disciplinarum genere legendos sibi atq; imitandos proponunt, quàm qui his neglectis delectu omni ac discrimine remoto, quosuis cupidissime sequuntur. Quòd si quis vetera paulò altius repetere voluerit, quocunque se animo & cogitatione conuertet, hoc ita esse comperiet. Vt enim alios ommittam, qui in bonarum artium studijs liberalissimus sunt, doctrinisq; versati, satis constat Platonem ingenio, doctrina, & copia dicendi longe omnibus superioribus præstitisse. Ergo ex eius disciplina quot viri, quanta scientia, quantaq; in suis studijs varietate, & copia, quam admirabiles extiterunt? Atq; vt alios sileam, quorum scripta temporum iniuria perierunt, illi & Aristotelem summum philosophum, & Demosthenem omniū oratorum facile principem proculdubio debemus. Si quidem Aristoteles totos viginti annos Platonem audiuit: Demosthenes vero eundem non solum audiuit, sed etiā lectitauit. Quid Ciceronem ad tantum in philosophia, & eloquentia decus euexit? An non Platonis, Aristotelis & Demosthenis imitatio? Finis non sit, si velim eos numerare, qui ex Aristotelis disciplina in omni doctrinæ & ingenij laude præstātes prodierunt Tāti refert, quem imiteris, quem legas, quem admireris. Hoc intelligentes nostræ societatis præceptores, ex eo tēpore quo iuuētutem, virtute & literis informant, eos autores dis-*

cipulis exponunt, qui præter cæteros in suo genere floruerunt. Qua de causa molestius etiam ferebant nullum esse librum veterum scriptorum, qui adolescentibus discendi cupidis primũ aditum ad eloquentiam aperiret. Non quòd doctrina dicendi parum latinis literis sit illustrata, nam & Quintilianus de ea diligentißime simul & doctißimè scripsit, & in libris Ciceronis tantum est curæ, tantum suauitatis, elegantiæ atq; doctrinæ, vt ne apud Græcos quidem, aut pluribus, aut melioribus præceptis orationis facultas sit exornata: sed quod ad primam tyronum institutionem eorum scripta minus sint accõmodata. Quid enim discipulis ad hæc studia ingrediẽtibus explicarẽt? Quintiliani libros? sunt illi quidem, vt dixi, summa diligentia, singulari iudicio, sũma etiam eruditione conscripti: at ita sunt longi, sic nonnunquam obscuri, vt maius otium & acrius iudicium desiderent. Partitiones oratorias? at ita sunt breues, & concisæ, vt multas & magnificas eloquentiæ opes constructas & reconditas nimis anguste coarctent. Libros de oratore ad Quintum Fratrem? at in dialogo sunt scripti. Præcipuas autem in illis partes habent L. Crassus, & M. Antonius homines vt dignitate sic eloquentia in Romana Repub. maximi, qui minora illa, sed discentibus in primis necessaria celeriter transigũt quæ vero sunt à vulgari intelligentia magis remota, ea, non facile dixerim, ornatius ne an copiosius prosequantur. Huc accedit, quòd dum Crassus perfectum, Antonius communem informat oratorem, magnis altercationibus, qui dialogorum est mos, in contrarias partes disseritur, quod mediocriter quidem eruditis, qui iudicij iam aliquid habent, non solum magnam & ingenuam delectationem, sed mirabilis etiam vtilitatis fructum affert, tyronibus non item, qui disputationis vim atque incitationem aspiciunt, vestigia, ingressumq; vix intuentur.

Duos

Duos de Inuentione libros puero sibi inchoatos, & rudes Cicero excidisse affirmat, propterea quod nec orationis expoliendæ & conformandæ rationem docent, nec inueniendi fontes ab Aristotele demonstratos aperiunt. Itaq; multa in eis præcepta sunt, quæ editis postea libris idē Cicero improbauit. Libri vero ad Herennium, à quocunq; illi sint scripti, similem inueniendi viam demonstrant, & quædam de statu, multa de verborum, & sententiarum continent ornamentis diuersa ab his, quæ Cicero, & Quintilianus eisdem de rebus tradiderūt. Topicorum liber tantummodò declarat viam ab Aristotele inuentam ad reperiendum in omni ratione argumentum; & quoniam ad Trebatium iurisconsultum scriptus est, exempla habet ex intima iuris scientia desumpta, quæ vsq; eo sunt difficilia, vt sua obscuritate multos ab eius libri lectione reijciant. In oratore vero ad Brutum quæ sit optima species, & quasi figura dicendi Cicero dißertißime exponit. Sed cum ad Brutum scriberet vulgaria præcepta permulta, quæ discendi studiosis vehementer conducunt, breuiter percurrit, vel penè præterit. Quæ vero de orationis numero mirabiliter præcipit, vt adeuntibus ad eloquentiam vtilia sint, ordinem alium, & exemplorum lumen desiderant. His de causis cupiebant nostri præceptores, vt omnes eloquentiæ partes explicatæ definitionibus, exemplis illustratæ ex Aristotelis sententia, Ciceronis vero & Quintiliani non sententia solum, sed plerumque etiam verbis aliquo libro, via & ordine comprehenderentur. Futurum enim existimabant si id fieret, vt discipuli simul cū vulgaribus Rhetoricæ præceptis illa magis recondita de argumentorum locis, de amplificatione, de orationis forma & numero perciperent. Quam ego prouinciam cum eorum voluntate suscepissem, quibus libēter vitæ meæ rationes cōmisi, his

tribus libris dicendi præcepta, quantum exiguæ ingenij mei vires efficere & consequi potuerunt, complexus sum, vt iuuarem adolescentes ad legendos Aristotelis, Ciceronis & Quintiliani doctissimos libros, quibus eloquentiæ fontes continentur. Neq; verò ignoro multa horum, quæ à veteribus sunt tradita, ab his à quibus defendi æquius erat, editis etiam libris oppugnari. Sed cum à multis qui singulari doctrina sunt prædi ti, eadem defensa sint, mihi consilium fuit, de his, quæ tot doctissimorum seculorum approbauit cõsensus, nihil sine ratione mutare. Imo vero te Christiane lector vehemẽter oro atq; obsecro, vt hãc libidinẽ temere cõtradicẽdi veteribus scriptoribus de animo tuo penitus euellas, ne ad eius perniciẽ lõgius deinde serpat. Nã simul atq; cupiditas hæc ad ingenium tanquã fax ad materiã adhæsit, incredibile dictu est, quæ continuò excitet incẽdia. Illud etiam tibi persuadeas velim, nos nihil magis cupere, quàm vt virtute, & literis maxime sis ornatus, vt Christo Iesu, qui est parens & salus vitæ nostræ, gratus sis & iucundus.

(?)

Emmanuel aluarez societatis I E S V S, ad lectorem.

Eloquio quicunq; paras accendere mentes,
Dulceq; Nestorea fundere voce melos,
Perlege non auro nitidum, sed pondere rerum
Prædiues, pauper sit licet autor, opus.
Emicat hic sophiæ princeps, hic fulminat ore
Tullius, hic monstrat Quintilianus iter.

Michael Vanegas eiusdem societatis, ad eundem.

Quos Arabes, Persæq; legunt Oriente lapillos,
Omnes vna manus si tibi fortè daret,
Et quos gēmiferi præceps alit æquoris vnda,
Et quos terra graui parturit alma sinu,
Nōne libens hilari caperes data munera vultu,
Et tantas nolles spernere sanus opes?
En tibi Rhetorices vnus liber explicat omnes
Thesauros: ingens quos reperire labor:
Ne te pœniteat lectas hinc sumere gemmas,
Attica quas tellus, quasq; latina tulit.
Has virtute, velut fuluosi cinxeris auro,
Aurea gemmato vox tibi corde fluet.

IN LIBROS DE ARTE Rhetorica Autoris Prooemium.

RAtionis & orationis tanta est similitudo, vt Græci, qui nõ intelligẽdi solũ, sed loquẽdi etiã principatum tenuerunt vno vtrãque vocabulo, Latini græcorũ prudentiæ æmuli eodem pene nominarint. Est enim oratio quasi rationis imago quædam. Ratione in mente, cui regnũ totius animi tributum est, Deus Opt. Max. posuit: orationis sedẽ idẽ summus opifex in celsissima ac nobilissima corporis parte collocauit: ratio est sicuti lux quędã lumẽq; vitæ: oratio est rationis decus & ornamentum: ratio regit ac moderatur proprium animũ: oratio flectit etiã alienos: rationis est species admirabilis, eam tamẽ intus latẽtẽ orationis pulchritudo declarat. Ita quod lumẽ est soli principi ac moderatori luminũ reliquorũ, id est oratio rationi dominæ ac reginæ rerũ omniũ. Hinc nimirũ fit, vt summi illius rectoris mundi huius bonitatẽ, sapiẽtiam, vim & potestatem suscipiendam, admirandamq; hominum generi, vt rationis, sic orationis vis & natura cogat confiteri. Quid enim admirabilius esse potest, quã cogitationes tam multas: tam excellentes, tam varias atq; multiplices orationi commen-

mẽdari. Orationẽ vero exceptam aëre quasi ve-
hiculo incredibili celeritate breuissimo tẽporis
spatio ad quã plurimos peruenire: ac postremo
per tenuissimos auriũ meatus singulari opere ar
tificioq; perfectos in alienos animos introire, at
q; in eis tã perfecte tã insigniter imprimere spe-
ciẽ suam, vt mœrentes consoletur, torpẽtes exci
tet, afflictos erigat, inani lætitia elatos cohibeat,
& in quemuis denique motũ auditorem impel-
lat. Quòd si orationis tanta præstantia est, non
potest nõ maxima esse dignitas Rhetoricæ, qua
ornandæ orationis doctrina continetur. Eadẽ
enim hominis ratio, quæ cæteras artes inuenit,
dicẽdi quoq; artificiũ illustrauit. Nã primo ter-
ram peruagata non modo eius forma, situm, fœ
cunditatem, sed eorum etiã quæ in ea gignuntur
varietatem, vsum, naturãq; cognouit. Tũ mare
ingressa profundum & immensum, quot genera
quàmq; dispa25ria degentium in eo belluarum in
uestigauit. Ex in siderum ornatũ & pulchritudi
nẽ admirans, cognito prius aëre & his, quæ ex eo
generantur, in cœlum vsq; penetrauit. In quibus
rebus tã multis, tã varijs, tã disiunctis, tã abditis
atq; obscuris inuestigandis, si tanta fuit rationis
sagacitas & solertia in expoliẽda oratione, quæ
eius comes, et interpres est, nõ minori profecto
fuit cura. Hic est eloquẽtiæ ortus, hæc nobilitas,
hæc cũ ratione cõiunctio. Qua de causa vehemẽ
ter

ter vigilandum est ijs, qui sapiētiæ flagrant studio, enitendumque omni cura ac diligentia, vt Rhetoricæ dialecticæque præceptis optime cognitis, ad reliquarum artium fastigium contendant. Quam viam iucundam, facilem, breuē & quasi compendiariam, non modo non asperam atque arduam, aut lōgam esse comperiēt. Quod vt facilius consequantur, hi tres libri artificium dicendi à veteribus traditum breuiter explicabunt. Et in primo quidem libro, qui de inuentione est, sedecim argumentorum loci sunt explicati simul cum his, quæ ad permouēdos animos ex eisdem locis eruūtur. Præcepta etiam quædam sunt exposita ad exornationē & deliberationē accomodata. In secundo vero, qui dispositionis præcepta continet, de orationis partibus, de statu, iudicatione, & ea controuersia, quæ ex interpretatione scripti existit: præterea de ratiocinatione, enthymemate, inductione & exemplo agitur. Et quoniā frequens mentio facta est ab antiquis autoribus Epicherematis, Soritis, & Dilēmatis, eorum vis explanatur. Tertius denique liber docet orationis ornatū, qui est in verbis vel simplicibus, vel cōiunctis. Itaq; de verbis nouis, de inusitatis, de tropis, de luminibus verborū, & sententiarū, de origine, causa, natura & vsu orationis aptæ, ac numerosæ, tū ad extremū de memoria, & pronunciatione in eo differitur. Sed

quo

quo maior vtilitas ex eloquentia percipi posſit Chriſtianis præceptis diligēter ea purgāda eſt. Vt enim bonus agricola vitem, quæ ſylueſcit & in omnes partes nimia funditur, ferro coërcēs, tum fructu lætiorem, tum aſpectu pulchriorem reddit: ſic eloquentia ſi amputetur errorū inanitas, in quos delapſa eſt vitio hominū, diuinas leges ignorantium, ſuam admirabilem ſpeciem recuperabit. Excidatur igitur mentiendi licentia, quam ſeuere diuinis præceptis interdictam, oratori Quintilianus & antiqui rhetores concedūt: amputetur procacitas & vitium illud teterrimū lacerandi alios probris, cōtumelijs, maledictis, cui vtinam ne Demoſthenes & Cicero tantopere indulſiſſent: reſecetur arrogātia & inanis laudis appetitus, qui aciem animi perſtringit: intelligatur iniquum eſſe tenebras auditoribus offūdere, ne verum perſpiciant, & ſuffragium atque ſentētiam dicēdo corrumpere, quod à Græcis & Romanis oratoribus eſt factitatum. His tot, tantiſq; deletis maculis, cōtinuo exiſtet illa diuina & cœleſtis Chriſtianæ eloquentiæ pulchritudo, quæ tanto erit præclara magis & eximia, quanto diligentius ad omnium hominum vtilitatem conferetur, & ad laudes celebrandas Dei Opt. Max. qui ſermonē homini dedit ad ſocietatem & coniunctionem cum hominibus tuendā. Hæc eſt illa Chriſtiana eloquentia, qua Gregorius &

Basilius nobilissimũ par amicitiæ, doctrinæ, sanctitatis plurimum præstiterunt, & Iuliani amentissimi, & profligatissimi hostis religionis impetus omnes fregerunt: hac excelluit Athanasius vir sanctissimus, quem nec sæuissima periculorũ tempestas, nec humanorum commodorum aura potuit vnquam de suo cursu dimouere, quin Arrij impium & consceleratum comprimeret furorem: hac floruerunt Chrysostomi, Ambrosij, Augustini, Hieronymi, Cypriani, qui Christianæ Reip. fuerunt lumen longe clarissimum. Vt alios quam plurimos omittam, quorum est copia digna Christiani nominis gloria. Hos tales ac tantos viros qui volet imitari, colat Christianam eloquentiam, quæ ex diuinarum rerum cura & contemplatione, ex Christi Iesu amore, ex maximarum denique artium studijs efflorescit.

DE ARTE RHETORICA. LIBER I.

QVID SIT RHETORICA, quod eius officium, & finis Capit. 1.

De clar. or.

Quid sit Ars.

RHETORICA EST vel ars, vel doctrina dicēdi. Ars est, quæ dat rationes certas, & præcepta faciendi aliquid, quæ habent ordinem, & quasdam errare in faciendo non patientes vias.

Offic. 2.

Rhetorica est ars.

Esse autem eloquentiæ artem perspicuum est; cum enim rerum minimarum sine arte nulla sit, hominū est parum cōsideratè iudicātium, credere maximarū rerū nullā esse artem. Dicere est, ornatè, grauiter & copiosè loqui.

De inuent. 1.

Officiū & finis Rhetoricæ.

Rhetoricæ officium est, dicere appositè ad persuasionem: finis persuadere dictione.

De vtilitate, dignitateq; Rhetoricæ Capit. 2.

De orat. 1.

Eloquētiæ dignitas.

DIgnitas eloquentiæ, vel ex eo intelligi potest, quòd in omni libero populo, maximeq; in pacatis, tranquillisq; ciuitatibus præcipuè semper floruit, semperq; dominata est. Quid enim aut tam iucundum cognitu, atque auditu, quàm sapien-

tibus sententijs, grauibusque verbis ornata oratio, & perpolita: aut tam potēs, tamq́ magnificum, quam hominū animos vnius oratione conuerti? Quid admirabilius quàm res splēdore illustrata verborū? Oratoris est in dando consilio de maximis rebus cum dignitate explicata sententia, eiusdem & languentis populi incitatio, & effrenati moderatio. Eadem facultate fraus hominum ad perniciem, & integritas ad salutem vocatur. Quis cohortari ad virtutē ardentius? quis à vitijs acrius reuocare? quis vituperare improbos asperius? quis laudare bonos ornatius? quis cupiditatem vehemētius frāgere accusando potest? quis mœrorē leuare mitius consolando? Ac ne plura, quæ sunt penè innumerabilia, dicantur, breui statuendum est, perfecti oratoris moderatione & sapientia non solum ipsius dignitatē, sed & priuatorum plurimorum, & vniuersæ Reipub. salutē maximè cōtineri. Quo maior igitur est eloquētiæ vis, hoc est magis probitate iungenda, summaque prudentia: quarū virtutum expertibus si dicēdi copiam ei adiderimus, nō eos quidem oratores fecerimus, sed furentibus quædam arma dederimus.

Oratoris, & in rep. & inter priuatos magna & præclara munera.

Eloquētia cum probitate iungenda est

De materia Rhetoricæ. Cap. 3.

Quid artis materia sit.

Artis materia est, in qua omnis ars & ea facultas, quæ conficitur ex arte versatur: vt si medicinæ materiam dicamus morbos ac vulnera, quod in his omnis medicina versetur. Item, quibus in rebus versatur ars & facultas oratoria

De inuent. 1.

De orat.1

ris, eas res materiam artis Rhetoricæ nominamus. Sed hoc interest inter alias artes & eloquẽtiam, nam cæteræ ferè artes se ipsæ per se tuentur singulæ: bene dicere autem, quod est scienter, & peritè, & ornatè dicere, nõ habet definitam aliquam regionẽ, cuius terminis septa teneatur. Omnia quæcũque in hominũ disceptationem cadere possunt, bene sunt ei dicenda, qui hoc se posse profiteatur, aut eloquẽtiæ nomẽ relinquendum est: materia enim oratori ad dicendum subiecta, quæstio est.

Quid inter artiũ cæterarũ & Rhetoricæ materiã intersit.

Oratoris materia est quæstio.

De quæstione. Cap. 4.

In part. / Topic. / De orato.2. / Topic. / Cicer. in Topic. in part. / Quint. li.3.c.5.

QVæstionum duo sunt genera, alterum infinitum, quod Græci Thesin, Cicero propositũ vocat: alterum certũ & definitũ, quod hypothesin illi, Latini vel causam, vel cõtroversiam solent appellare. Propositũ est, in quo aliquid generatim quæritur hoc modo: expetenda ne sit eloquentia? Causa est, quæ certis personis, locis, temporibus, actionibus, negocijsq; cernitur, hoc modo. An Socrates iure fuerit ab Atheniensibus dãnatus? Propositi duo sunt genera, cognitionis alterum, cuius scientia est finis, vt, an solis magnitudine multis partibus terra superetur: alterum actionis, quod refertur ad efficiendum quid, vt si quæratur, quibus officijs amicitia colẽda sit. Causarũ tria sunt genera, iudicij, deliberationis, exornationis, quæ quia in laudationes maximè confertur, proprium habet ex eo nomen laudationis.

Quæstionũ duo genera.

Propositum, quid sit.

Quid sit causa.

Propositi duo genera.

Causarum tria genera.

De exornatione, Deliberatione, & Iudicio. Cap. 5.

Exornationis partes, tēpus & finis. Deliberationis partes, tēpus & finis. Iudicii partes, tēpus & finis.

IN exornatione duæ sunt partes, laus & vituperatio. Tempus tum præsens, tum præteritum. Spectat autem orator honestatē præcipuè cum laudat, turpitudinem cum vituperat, mouetq; auditores ad delectationem. Delibe ratio continet in se suasionem & dissuasionem, tēpus vero futurū. Finis, quem sibi proponit orator in suadēdo est dignitas, mouetq; deliberantem ad spē maximè: in dissuadēdo cōtra indignitatem spectat, & in reformidationem pertrahit: Iuditium habet in se accusatio nem, & defensionem: eius finis iustorum & iniustorū quæstione continetur, & ad sæuitiā aut clementiam iudex est incitandus.

De inuē tio. 1. Ar. lib. 1. 4. Rhet. c. In part. De inuē ti. 1. Ar. 1. Rhe. c. 3. Cic. de o rat. 2. In part. De inuē. 1.

Quomodo hypothesis ad thesin reuocanda sit. Cap. 6.

Consultatio est pars causæ.

MAneat ergo & infinitas, et finitas, quæstiones ad oratorem pertinere, sed cū consultatio sit quasi pars causæ quædā & controuersiæ, inest enim infinitum indefinito, debet orator causam ad infiniti generis quæstionem transferre, quod vt exemplo pateat, finita est. An Aristotelis philosophia sit per discenda: eius quasi pars quædam est illa infinita. An philo-

In part. in Top. Quintil. li. 3. c. 5.

philosophia sit per discenda, ad quam orator finitam
Cic.de o transferet. Sunt enim ornatissimæ orationes eæ quæ la
rat.3. tissimé vagantur, & á priuata ac singulari controuer
sia se ad vniuersi generis vim explicandam conferũt Ornatissi
& cõuertunt, vt ij, qui audiunt, natura & genere, & mæ sunt o
vniuersa re cognita de singulis rebus statuere possint. rationes
In Orat. Quod vt facere possit orator excellens, á proprijs per quæ vni-
sonis, & temporibus semper, si potest, auocat contro- uersi gene
uersiam, & ad vniuersi generis orationem traducit. ris vim ex
plicant.

De partibus Rhetoricæ. Cap. 7.

De orat. 2. QVinque sunt partes, & quasi mẽbra eloquentiæ: inuẽtio, dispositio, elocutio, memoria, pronunciatio. Oportet enim primum inuenire quid dicas, inuenta disponere, deinde ornare verbis: post memoriæ mandare, tũ ad extremũ agere. Inuẽtio est excogitatione rerũ verarũ, aut verisimiliũ, quæ quæstionẽ probabilem reddãt. Dispositio est rerum inuẽtarum in ordinem distributio. Elocutio est idoneorũ verborum, & sententiarum ad inuẽtionem accõmodatio. Memoria est firma orationis perceptio. Pronunciatio est ex rerum & verborũ dignitate, corporis & vocis moderatio. Nec audiendi quidam, qui iudicium sextam esse partem voluerunt, adeò enim tribus primis partibus est permistum (nam nec inuentio sine eo, nec dispositio, neque elocutio fuerit) vt pronunciatio quoq;, vel plurimum ab eo mutuetur. Nec inuenisse credendus

[Margin notes: Quinq; rhetoricæ partes. — De inuent. 1. — Iudiciũ nõ est rhetoricæ pars — Quintil. li.3.c.3.]

Nõ estexistimandus inuenisse qui sine iudicio inuenit.

dendus est, qui non iudicauit. Quod similiter in aliјs partibus, quibus iudicium permistum est, existimare debemus. Hinc apparet quàm præclara res, quã etiam difficilis eloquentia sit quæ ex quinque rebus cõstat, quarũ vnaquæque est ars ipsa magna per se se. Quare quinque artium concursus maximarum, quantam vim quantãq́ue dificultatem habeat existimari potest. Sũt igitur quinque Rhetoricæ partes omnino. At inuenire disponere, eloqui, memoria complecti & pronuntiare opera sunt oratorũ.

De clar. orato.

Opera oratoris.

Quibus eloquentia comparetur, ac primum de Natura. Cap. 8.

Eloquẽtia comparatur arte, natura et exercitatione.

Quĩt. 3 cap. 5.

ELoquentia, quæ quinque supradictis cõstat partibus, natura, arte, & exercitatione comparatur. Imitationem enim, vel arti, vel exercitationi subјcere posśis. De quibus singulis, quoniam maximi sunt momenti & põderis, aliquid dicendum est. Natura igitur primum, atque ingenium ad dicendum vim affert maximam. Nam & animi & ingeniј celeres quidam motus esse debent, qui ad excogitandum acuti, & ad explicandum, ornandumq́; sint vberes, & ad memoriam firmi ac diuturni. Quæ accendi ac commoueri arte possunt, inseri quidem, & donari ab arte non possunt omnia: sunt enim dona naturæ. Illa etiam naturæ sunt, quæ cum ipso homine nascuntur,

De ora. 1

lingua

linguæ ſolutio, vocis ſonus, latera, vires, conformatio quædam, & figura totius oris & corporis. Quæ tamen ab arte limari poſſunt & quæ bona ſunt fieri meliora poſſunt doctrina, & quæ nō optima, aliquo modo acui & corrigi poſſunt. Neque homines adoleſcentes, ſi quid naturale fortè non habent, dicendi ſtudium relinquant, magni enim facere debent illam ipſam, quancūq; habuerint, mediocritatem in dicendo. Naturæ dona fiūt arte meliora.

De arte. Cap. 9.

De orat. 2. *CVm naturæ, quæ optima eſt, ars iungi debet, quæ à natura profecta eſt. Notatio enim naturæ, atque animaduerſio peperit artem. Habet igitur ars hanc vim non vt aliquid, cuius in ingenijs noſtris pars nulla ſit, pariat & procreet: verùm vt ea quæ ſunt orta iam in nobis & procreata, educet atque confirmet. Qua de cauſa ſtudioſe colenda eſt, vt quæ vim & rationem dicendi doceat, & ſi enim magnis ingenijs prædit quidam dicendi ſine arte copiā ſunt conſecuti, ars tamen certior eſt dux quàm natura.* Notatio naturæ peperit artem. Ars ſtudioſe colēda eſt. Ars certior eſt dux quā natura.

De exercitatione. Cap. 10.

Cic. pro Archia. *IN præſtanti natura, quam ars expoliuit, exercitatio abſolutione perfectioneq; dicendi conſummat. Cum enim ad naturam eximiam* Exercitatio dicēdi perfectionē cōſummat.

eximiam & illustrem accesserit ratio quædam confirmatioq; doctrinæ, tum illud nescio quid præclarum ac singulare solet existere. Quo circa interest per magni, De ora.I *studium & ardorem quendam amoris assumere, sine*
Diligētiæ vis *quo cum nihil quicquam egregium, tum certè eloquentiam nemo vnquam assequetur. Ex hoc ardore nascitur diligentia, quæ vt in omnibus rebus, si in dicēdi facultate plurimum valet. Hæc præcipuè colenda est nobis: hæc semper adhibenda: hæc nihil est quod nō assequatur. Quoniam de Rhetoricæ definitione, dignitate, fine, officio, & materia dictum est, quotque sint eius partes explicauimus, & naturam, artem, exercitationem eloquentiæ cōsequendæ necessarias ostēdimus, sequitur vt de singulis eius partibus disseramus.*

De Inuentione. Cap. II.

QVONIAM igitur primum oratoris munus est inuenire, dabit operam vt inueniat, In part.
Orator sa cit fidē ar gumentis. *quemadmodum fidem faciat, eis, quibus volet persuadere, & quemadmodum motum eorum animis afferat. Fidem facit orator argumentis, mouet incitan-*
Motus quatuor sunt genera. *do, aut ad voluptatem, aut ad molestiam, aut ad metum, aut ad cupiditatem, tot enim sunt motus genera, partes plures generum singulorum. Cum enim omnis animi cōmotio ex opinione boni alicuius, aut male nascatur, lætitia & cupiditas ex opinione boni nascūtur. Ægritudo & Metus in malorū opinione versantur. Est igitur ægritudo siue molestia opinio recēs præsētis mali,*

li, in quo demitti contrahiq; animo, rectum esse videatur. Voluptas, opinio recens boni presentis, ĩ quo efferri rectũ videatur. Metus, opinio impẽdẽtis mali, quod intolerabile videatur. Cupiditas, opinio venturi boni quod sit ex vsu iam præsens esse, atq; adesse. Opinio autẽ quæ in omnes superiores definitiones includitur, est imbecilla assensio in proposito fidem solũ facit orator, in causa vero fidẽ, & motũ, de quo mox dicemus.

Quid inuentio, quid argumentum & argumentatio. Cap. 12.

In part. INuentio est excogitatio argumẽti. Argumentum est probabile inuentũ ad faciendam fidem: vel aliter, est ratio rei dubiæ faciens fidem. Fides vero est firma opinio. Vt si velis fidem facere eloquentiam esse expetendã, excogitesque illud argumentum, nimirum esse artem benedicendi: possis hoc modo argumentationem concludere. Ars benedicẽdi est expetẽda, ea est eloquentia: est igitur eloquẽtia expetenda. Est autem argumentatio argumẽti explicatio, qua dialectici pressius & religiosius, oratores ornatius & liberius vtuntur. Locus autem est sedes argumenti. Aristoteles enim proposuit quosdam locos, ex quibus omnis argumentatio ad omnem disputationem inueniretur. Qui nihil aliud esse vidẽtur quã notæ quædã quibus admouemur, quid in ipsis peruestigare debeamus.

Quid sit inuentio, quid argumentatio.

Quia sit argumẽtatio.

Topic.

De Ora.

Dialectici præssius quã oratores argumentatione vtũtur

Quotuplicia sint argumenta. Cap. 13.

ARgumenta partim in eo ipso, de quo agitur hærent, quo circa insita dicũtur, partim ex trinsecus aßũmuntur, quæ remota vocãtur: quoniam absunt, longeque ab eo, de quo agitur, disiuncta sunt, vt si dicas eloquẽtiam eße expetendam, quod benedicendi sit ars, ratio est insita: in eo de quo agitur, eloquẽtia enim est ars benedicendi. Sin expetendã dicas, quòd Aristoteli, vel Ciceroni, vel Platoni ita visum sit, ratio erit remota, autoritas enim illorum virorum non est in ipsa eloquentia, quæ suapte natura eßet expetenda sine illorum commendatione.

De numero locorum. Cap. 14.

Loci argumentorũ insitorum sunt sedecim.

In Topicis, in part.

LOCI, vnde argumenta insita eruuntur, numero sunt sedecim: alia enim ducũtur à definitione, alia à partium enumeratione, alia à notatione, alia cõiugata appellantur, alia ex genere, alia ex forma, alia ex similitudine, alia ex differentia, alia ex cõtrario, alia ex adiunctis, alia ex antecedentibus, alia ex consequentibus, alia ex repũgnantibus, alia ex causis, alia ex effectis, alia ex comparatione maiorũ, aut parium, aut minorum. Argumẽta extrinsecus assumpta Quintiliano sunt sex: præiudicia,

Argumenta aßumpta sunt sex.

Lib. 5. c. 1.

cia, fama, tormenta, tabulæ, iusiurandum, testes.

De definitione. Cap. 15.

In Topicis

Definitio nũ multa sunt genera.

Definitio est oratio, quæ id quod definitur, explicat, quid sit: vt, Virtus est recta animi affectio, Rhetorica est doctrina dicendi. Definitionũ multa sunt & genera, & præcepta, sed ad huius libri institutum ea nihil pertinent, tãtum est dicendũ, qui sit definitionis modus. Sic igitur veteres præcipiunt.

Qui sit definitionis modus

Cum sumpseris ea, quæ sunt ei rei, quam definire velis, cum aliis communia, eo vsque persequi, dum proprium efficiatur, quod nullam in aliam rem transferri possit, vt hoc, Rhetorica est ars: cõmune adhuc, multa enim genera sunt artium, vt grammatica, dialectica, vnum adde verbum, dicendi: iam à communitate res disiuncta videbitur, vt sic explicata definitio, Rhetorica est ars dicendi.

In orat.

Facultas definiendi est oratori necessaria.

Hæc facultas definiendi debet esse in eloquente, vt definire rem possit. Est enim explicanda sæpe verbis mens nostra de quaq; re, atque inuolutæ rei notitia definiendo aperienda est.

Orator definiet vberius & explanatius quam philosophus.

Definitio enim quasi inuolutum euoluit id, de quo quæritur, sed id, nõ faciet tam pressè, & angustè quàm in illis eruditissimis disputationibus fieri solet: sed cum explanatius, tum etiam vberius, & ad commune iudicium popularemq; intelligentiam accommodatius.

Pro Sestio.

Sic Cicero, quid sint optimates definit, cũ ait: Sed genus vniuersũ (vt tollatur error) breui circũscribit et definiri potest.

Omnes

Optimates qui sint. *Omnes optimates sunt, qui neque nocẽtes, nec natura improbi, nec furiosi, nec malis domesticis impediti. Argumenti à definitione talis est formula, Ius ciuile est æquitas cõstituta ijs, qui eiusdem sunt ciuitatis, ad res suas obtinẽdas, eius autẽ æquitatis vtilis est cognitio, vtilis est ergo iuris ciuilis cognitio. Sæpe etiã definiũt & oratores, & poetæ per translationẽ verbi ex similitudine cũ quadã suauitate, quos licet imitari, si adolescẽtiam florem ætatis, senectutẽ occasum vitæ velis definire.* In Topi.

Oratores poetæ sæpe definiunt per translationem.

De partium destributione. Cap. 16.

ARgumento à partium distributione sic est vtendum, nullam vt partẽ relinquamus. Vt si velis probare calliditatẽ nõ esse virtutem à virtutũ partibus, quæ quatuor sunt. Prudẽtia, Iusticia, Fortitudo, Tẽperãtia, sic probare poßis. Omne quod honestũ est, id quatuor partiũ oritur ex aliqua, aut enim in perspiciẽtia veri, solertiaq; versatur: aut in hominum societate tuendo, tribuendoq; suum vnicuiq;, & rerum contractarum fide: aut in animi excelsi inuictiq; magnitudine ac robore: aut in omnium, quæ fiunt, quæq; dicuntur, ordine & modo, in quo inest modestia & tẽperantia: calliditas ex nulla illarum partium oritur, nõ est igitur virtus. In Topi.

De Notatione. Cap. 17.

Etymo

Quin. 1. c. 6. In Topi. Met. lib. 2. Fast. 5. Fast. li. 4.

Notatio Græcis Etymologia dicta, oratoribus & poetis est familiaris. Vnde senatus dictus. Aprilis vnde.

Etymologia, quæ verborum originem inquirit à Cicerone dicta est notatio. Ea sæpè vtuntur oratores & Poetæ, vt Ouidius.

Est via sublimis cœlo manifesta sereno,
Lactea nomen habet candore notabilis ipso.

Et alibi.

A senibus nomen mite senatus habet. Et
Nam quia ver aperit tunc omnia, densaq; cedit.
Frigoris asperitas, fœtaq; terra patet,
Aprilem memorant ab aperto tempore dictum.

Vis huius exempli est in Ora. in Pisonem

Argumentum a notatione.

A notatione sumitur argumentum, cum ex vi nominis elicitur, hoc modo: Si consul est, qui consulit patriæ, non igitur Piso consul, qui eam euertit.

De coniugatis. Cap. 18.

In Topi. Quint. lib. 1. c. 10.

Coniugata dicuntur, quæ sunt ex verbis generis eiusdem. Eiusdem autem generis verba sunt, quæ orta ab vno variè cōmutantur, vt sapiens, sapienter, sapientia. Ex hac verborum coniugatione huiuscemodi argumento vtimur.

Aurea nunc verè sunt sæcula plurimus auro.
Venit honos.

Saty. 3.

Et Iuuenalis.

Summum crede nefas animam præferre pudori,
Et propter vitam viuendi perdere causas.

Pisonē. Cicero etiam. Cum enim esset omnis causa illa mea cō

Terē. in sularis & senatoria, auxilio mihi opus fuerat & cōsu

he aut. lis, et senatus. Est et illud elegās in primis, Homo sum

huma

humani nihil à me alienũ puto. Cicero lib. de oratore. 2 hoc vtitur exẽplo. Si pietati summa tribuẽda laus est debetis moueri, cũ Q. Metellũ tã piè lugere videatis.

De genere & forma. Cap. 19.

Quid genus sit. *Genus est quòd duas, aut plures partes sui ipsius cõmunioni similes amplectitur. Partes, quas genus amplectitur formæ dicuntur, vt. Virtus est genus, plures enim formas, quatuor scilicet cõplectitur, Prudentiam, Iustitiam, Fortitudinem & Tẽperantiam, quæ sunt similes virtutis cõmunione: vt prudentia enim, sic iustitia, sic fortitudo, sic temperantia virtus est. Hinc perspicuũ fit, quid sit forma, est enim pars generi subiecta. Argumentum à genere sic tractatur, Virtutis laus omnis in actione consistit, prudẽtiæ igitur laus omnis in actione cõsistit. Ex forma autem, Quod iustitia est, vtiq; virtus est.* De orat. 1.

Quid forma sit. De orato. 1. Offic. 1.

Arg. à genere. Quint. 5 cap. 10.

Arg. à formis.

De similitudine, & dissimilitudine. Cap. 20.

Autor. ad Her. li. 4.

Quid similitudo sit. *Similitudo est, quæ traducit ad rẽ quãpiam aliquid ex re dispari simile: ex ea sumitur argumentum hoc modo. Cicero, sed nimirũ vt quidam morbo, & sensus stupore suauitatem cibi non sentiunt, sic libidinosi, auari, facinorosi veræ laudis gustum non habent. Ouidius.* Phil. 2.

Arg. à similitudine. Trist. li. 1. ele. 4.

Scilicet vt fuluum Spectatur in ignibus aurum,
Tempore sic duro est inspicienda fides.

Ex dissimilitudine siue differentia, ducitur hoc modo argumentum.

2. de orat. *Si barbarorum est in diem viuere, nostra cõsilia sempiternum tempus spectare debent.* Argumẽtũ a dissimilitudine.

De contrarijs. Cap. 21.

Arist. in capi. de oppos. Cicer. in Top. *Contrariorum genera sunt quatuor, aduersa, priuantia, quæ inter se conferuntur, & contradicentia. Aduersa sunt, quæ in eodem genere plurimum differunt, vt virtus, vitium, quæ cum animi habitus sint, plurimum tamen inter se differunt: & bellum, pax, sapientia, stultitia, ex quibus argumenta talia existunt.* Cõtrariorũ genera sunt quatuor. Aduersa quod sint.

Topic. *Si stultitiam fugimus, sapientiam sequamur, & bonitatem si malitiam. Hinc illud Drancis apud Vergi-* Argumentũ ab aduersis.
Lib. 11. *lium. Nulla salus bello, pacẽ te poscimus omnes: perinde enim est, atque hoc: Bellum est nobis perniciosum,*
Tusc. 5. *pax igitur expetenda est. Cicero, Quid cum fateantur satis magnam vim esse in vitijs ad miseram vitam, nonne fatendum est, eandẽ vim in virtute esse ad beatã vitã? Cõtraria enim cõtrariorũ sunt consequentia. Priuantia sunt habitus, & eius priuatio, vt lux tenebræ, vita mors, sciẽtia inscitia, humanitas ĩhumanitas* Priuantia quid sint.
Topic. *præpositio enim, in, priuat verbũ ea vi, quã haberet, si in, præpositũ nõ fuisset. Ex his ductũ est illud Cice. in* Argumentum a priuantibus.
Pro Mil. *Miloniana, Eius igitur mortis sedetis vltores, cuius*

vitam, si putetis per vos restitui posse, nolitis? Tertio loco sunt ea, quæ inter se conferuntur, vt duplum simplũ, datũ acceptũ, miles & Imperator, docere & discere ex hoc loco est illud Cice. ex quo profectò intelligi debet quanta in dato beneficio sit laus cum in accepto tãta sit gloria, & itẽ hoc. Non igitur periculũ est, ne quis putet, in magna arte & honesta, turpe esse docere alios id, quod ipsis fuerit honestissimum discere. Huc pertinet Vergilianum illud. Pro Marcello. In Orat. Lib. 8.

Arma rogo genitrix nato.

Negantia sunt valde contraria aientibus. *Vltimo loco sunt negantia valde contraria aientibus: vt, si hoc est, illud nõ est: ex quibus necesse est, alterũ verum esse, alterum falsum.* Topic.

De adiunctis. Capit. 22.

Adiuncta quid sint. *ADiuncta sunt ea, quæ cũ re sunt coniũcta, vt locus, vt tempus, vt ea, quæ rem circunstant, vt vestitus & comitatus hominem circunstãt, & apparatus colloquia, pedũ crepitus, strepitus hominum, rubor, pallor, cæteraque, quæ suspicionem possunt moveret. Latißimè itaque patent adiuncta, nã & quæ in hominis sunt siue animo, siue corpore, vt virtus, vt oris vel pulchritudo, vel deformitas, aliaq; innumera comprehendunt. Ab his sumit argumẽtum Cicero pro Milone, cum ait, Videamus nunc id, quod caput est, locus ad insidias ille ipse, vbi congreßi sunt. vtri tandem fuerit aptior, & multa deinceps, et paulo post,* In Topi. Latißime patent adiuncta. Cic. pro Mil.

lo post, videre nunc illũ egredientem, primùm egrediẽtẽ e villa subitò, cur vesteri? quid necesse est tarde? qui cõuenit, præsertim id temporis? & pro Cornelio.

Cic. pro Cor. bal. Hũc quisquam incredibili quadã atque inaudita grauitate, virtute, cõstantia præditũ fœdera scientem neglexisse, viciasse, rupisse dicere audebit? loquitur autem de Pompeio. Laus Pōpeij.

De antecedentib. & consequenti. Cap. 23.

Arist. 2. Top. c. 2. In Topi. Cic.

Antecedẽtia sunt ea, quæ sic antecedũt consequentia, vt cum ipsis necessariò cohæreant, qua ratione ab adiunctis distinguuntur. Coniuncta enim nunquam necessariò cohærent cum his, quibus adiuncta sunt. Argumẽti ab antecedentibus talis est formula, Ortus est sol igitur dies est. Consequentia verò sunt, quæ rem necessariò consequuntur: ab eis ducitur argumentum, cum ratio rei dubiæ faciens fidem sumitur à consequentibus, hoc modo, Dies est, igitur ortus est Sol. Ex hoc loco est illud Ciceronis in Antoniũ, Lu culentam tamen ipse plagam accepit, vt declarat cicatrix: probat enim, quoniã cicatrix magna esset, vulnus quoq; fuisse magnum.

Quomodo antecedẽtia ab adiunctis distinguãtur. — Ari. 2. Topic. cap. 2. Ci. i To. — Cõsequentia quid sint. — Phil. 7.

De repugnantibus. Cap. 24.

Repugnãtia differunt a cõtrarijs & dißimilibus.

Repugnantia neque certa lege, neque numero inter se dissident: qua ratione à cõtrarijs, atq; dißimilibus discernuntur: Exempli gratia, amare, & odio habere contraria sunt: amare verò, & nocere, & lædere, & conuitijs insectari, repugnantia sunt.

Argumentũ a repugnãtibus.

Argumenti à repugnantibus talis est formula, Amat illum, igitur non insectatur illum conuitijs. Hortẽsius non erat aduersarius Ciceronis aut obtrectator, semper enim est alter ab altero adiutus, & cõmunicando, & monendo, & fauendo. De clar. orato.

De Causis. Cap. 25.

Quid causa sit.

Genera causarum sunt quatuor.

Causa est, quæ sua vi efficit id, cuius est causa: vt vulnus mortis, cruditas morbi, ignis ardoris. Eius quatuor sunt genera, finis, efficiẽs, forma, materia. Finis est cuius gratia fit aliquid, vt domus finis est vsus, belli pax, hominis beata vita. Ab eo ducit argumentum hoc modo Cice. contra Epicureos, Hi nõ vi derunt, vt ad cursum equũ, ad arandum bouem, ad indagãdũ canẽ: sic hominẽ ad duas res, vt ait Aristoteles, intelligendũ, & agendum esse natum, quasi mortalẽ Deũ: cõtraq; vt tardam aliquam & languidã pecudẽ ad pastũ, & procreandi voluptatẽ, hoc diuinũ animal ortũ esse voluerũt, quo nihil mihi videtur absurdius. Huius enim loci hæc vis est, Homo natus est ad intelligẽdũ & agẽdũ, nõ igitur ad pastũ & voluptatẽ est

Cice. de fato.

Ar. li. 2. physi. c. 3.

Finis quid sit.

De finibus. 2.

Homo ad intelligendum & agendũ est natus.

est ortus. Efficiens causa est à qua aliquid est, vt, Sol Efficiens
diem efficit, toto cœlo luce diffusa: Ab ea est illud Ci- causa quid
In lib. de ceronis cõtra senectutis vituperatores, Caret epulis, sit.
senect. aiunt, extructisq; mensis, & frequentibus poculis, ca Argu. à
rei ergo vinolentia, cruditate, & insomnijs, Cuius loci causa effi
vis in eo est, quòd vbi causa deest, effecta quæ ex illa cienti.
Aen. li. 9 oriuntur, nullo esse modo possint. Et Nisus vt Eurialũ
seruet, se autorem cædis profitetur.

Me me ad sum, qui feci, in me conuertite ferrum
O Rutuli, mea fraus omnis, nihil iste, nec ausus,
Nec potuit.

Arist. 2. Forma est ratio rei et nota, per quã res est id, quod est Forma
phys. c. & à rebus alijs distinguitur, vt, Animus est hominis quid sit.
3. forma, hic enim causa est, vt homo sit, cumq; à rebus
alijs distinguit. Sic domus, sic nauis, sic ignis, sic terræ, Forma vel
cæterarũq; rerũ sua forma est, vel artificiosa, vel na- artificio
turalis. Ab ea ducitur argumẽtũ hoc modo, Animi ho sa est, vel
minũ immortales sunt, hoĩes igitur ad æternitatẽ, im- naturalis.
Cic. de mortalitatẽq; beatæ vitæ aspirare debẽt. Materia est Materia
Natur. ex qua, & in qua res sunt, vt statuæ æs, argẽtũ pate quid sit.
Deo. li. 1 ræ, corpus hominis. Ex materia sic sumitur argumẽtũ, Argumen
Corpus hominis mortale est, ab eius igitur societate et tum à ma
cõtagione immortalis animus seuocandus est. Ex loco, teria.
Lib. 2. Regia solis apud Ouidiũ, Arma Aeneæ apud Vergiliũ Locus à
Met. multa signa sublata à Verre à Cic. describũtur. Ex his causis in
Lib. 8. causarũ generibus tãquã ex fõte nõ modo ĩ causis, sed omni scri
Actio. 7 in Ver. ĩ õni scribẽdi gñere magna argumẽtorũ suppetit copia. bẽdi gene
Licebit igitur diligẽter eo cognito nõ modo oratoribus re suppe-
et philosophis, quorũ est proprius, sed historicis etiã et ditat mag nã copiã.

poëtis multa, & varia, & copiosa, ex eo facile depromere.

De effectis. Cap. 26.

Effecta quid sint eorum genera.

EFfecta sunt ea, quæ sunt orta de causis. Eorum, vt causarum quatuor sunt genera, est enim suus effectus & finis, & efficiẽtis causæ, itemq; formæ ac materiæ. Quæ autẽ sint singularum causarum effecta, cognitis causis intelligi tur: vt enim, quod effectum est, quæ fuerit causa demõstrat: sic causa effectũ indicat. Nam si finis belli pax est, bellum eius pacis, quæ bello quæritur, effectus est. Eodemq; modo dies solis effectus est, & homo corporis ac animi, quorum illud materia eius est, hic forma. Ab effectu sumitur hoc modo argumentum, Virtus facit laudem, sequenda igitur: at voluptas infamiam, fugienda igitur.

Arist. 2. post. c. 17. Cic. in Topic.

Effecta cognitis causis, & causæ cognitis effectis facile intelligun tur.

Argumentum ab effectu.

De comparatione. Cap. 27.

LOCVS à comparatione simplex quidem est, sed tripliciter tractatur: à comparatione nimirum maiorum, vel minorum, vel pariũ. A cõparatione maiorũ ducitur argumẽtũ, cũ contendimus vt id, quod in re maiori valet, valeat

Arg. à maioribus ad minora.

1.æneí. *Leat in minori. Virgilius.*

O paßi grauiora, dabit Deus his quoq; finem.

A minoribus ad maiora ducitur argumentum, vt, id quod in minori re valet, valeat in maiori. Arg. a minoribus ad maiora

Oudius.

Vt corpus redimas ferrum patieris & ignes,
Arida nec sitiens ora lauabis aqua.
Vt valeas animo, quicquam tolerare negabis?
At pretium pars hæc corpore manus habet.

Et Horatius.

In epist. Li. 1. ad Lolliū. *Vt iugulent homines, surgunt de nocte latrones,*
Vt te ipsum serues, non expergisceris?

In Topi. *Parium autem comparatio nec elationem habet, nec submißionem, est enim æqualis. Multa autē sunt, quæ æqualitate ipsa comparantur, quæ ita ferè concluduntur, Si consilio iuuare ciues & auxilio æqua in laude ponendum est, pari gloria debēt esse ij, qui consulunt, & ij qui defendunt. At quod primum & quod sequitur igitur.* Arg. a paribus. Cōsilio iuuabāt Iurisconsulti, auxilio Oratores

De Argumentis remotis. Cap. 28.

In part. *ARgumenta siue remota siue assumpta nō eo dicuntur sine arte, quòd ita sunt, sed quòd ea non parit oratoris ars, sed foris, ad se delata tamen arte tractat. Ea Cicero in Topi-* In Topi. *cis testimonij nomine complectitur. Testimoniū enim in eo loco dicit omne id, quod ab aliqua re externa sumitur ad faciendam fidem. Sed ad intelligēdum erit facilius* Argu. remota arte tractātur. Testimonij nomine cōprehendūtur argumēta remota.

Argumenta remota sunt præiudicia, rumor, fama, tormenta, tabulæ, iusiurãdũ & testes. *cilius, si cum Quintiliano in præiudicia, rumorem, & famam, tormenta, tabulas, iusiurandum, & testes ea diuidamus: Quæ vt ipsa per se carent arte, ita summis eloquentiæ viribus & alleuanda sunt plerũq; & refellenda. Quare genus harũ rerum, quæ ad oratorẽ deferebantur meditatum in perpetuum ad vsum similium rerum, veteres oratores habebant, Nunc translatis ab oratoribus ad iurisconsultos iudicijs, vt veterum oratorũ scripta intelligamus, cognoscenda sunt.* Lib. 5. & c. 1. vsq; ad. 7.

De præiudicijs & testibus. Cap. 29.

Præiudiciorũ tria sunt genera. *CAEteris quatuor omissis, quæ facilè intelliguntur, de præiudicijs, & testibus dicamus. Præiudiciorum vis omnis tribus in generibus versatur. Rebus, quæ aliquando ex paribus causis sunt iudicatæ, quæ exempla rectius dicuntur. Iudicijs ad ipsam causam pertinentibus, vnde etiam nomen ductum est, qualia in Milonem à senatu facta dicuntur. Aut cum de eadem causa est pronuntiatũ. Veteres oratores & pro testibus & cõtra testes magno labore dicebãt, vt è pluribus Ciceronis orationibus, maximèque oratione pro Flacco apparet. Nunc iudiciorum mutata ratio facit, ne is labor sit necessarius, & vt de rumore, fama, tormẽtis, & iureiurando pluribus agendum non sit.* Quinti. li. 5. c. 2. Cic. pro Mil.

Oratores olim magno labore dicebant pro testibus & cõtra testes

De vsu & vtilitate locorum. Cap. 30.

Hos

De orat. 2.

HOS locos multa cōmentatione, atq; meditatione paratos, atque expeditos, qui volet in dicendo excellens esse, habere debet. Atq; vt quæq; res ad dicendum erit suscepta, tū deniq; scrutari locos ex quibus argumēta eruat. Quæ quidem ei, qui mediocriter ea modò considerarit studio adhibito, & vsu pertractata esse possunt. Est enim vtilißimum nosse regiones, intra quas venere, & peruestiges, quod quæras. Vbi cum locum omnem cogitatione sepseris, si modo vsum rerū percallueris, nihil te effugiet, atque omne, quod erit in re occurret, atque incidet. Vt enim, si aurum cui, quod esset multifariam defoßum, cōmonstrare aliquis vellet, satis esse deberet, si signa & notas ostenderet locorum, quibus cognitis ille ipse sibi foderet, & id, quod vellet, paruo labore, nullo errore inueniret: sic his argumentorum notas indicare satis est quæ illa quærenti demonstrāt, vbi sint. Reliqua cura & cogitatione eruuntur.

Loci multa meditatione parati esse debent.

Loci sunt argumētorum notæ

Qui modus in argumentis adhibendus. Cap.31.

In Orat. In par.

NEc vero imprudēter quisquam vtetur hac copia sed omnia expēdet et seliget. Nō enī semper, nec in omnibus causis, ex iisdem argumentorum momenta sunt. Iudiciū ergo adhibebit, nec inueniet solum quid dicat, sed etiam expendet. Nihil enim feracius ingenijs, his præsertim, quæ disciplinis exculta sunt:

Arg. sunt seligēda. Nihil feracius ingenijs, quæ sunt disciplina exculta.

Ex locis interdũ leuia quædam, aut causis aliena, aut non vtilia gignuntur. *sed vt segetes fœcundæ & vberes, non solum fruges verum herbas etiam effundunt inimicißimas frugibus sic interdũ ex illis locis, aut leuia quædam, aut causis aliena, aut non vtilia gignuntur. Quorum ab oratoris iudicio delectus magnus adhibebitur. Illud autẽ intelligendum est ex his locis & ad faciendam fidem, & ad afferendũ motũ auditorum animis, materiam peti. Sed quia difficile est, etiam si locorum naturã cognoueris, ex illis ea, quæ ad mouẽdos animos valent, eruere, de affectibus mouendis separatim dicamus, illud iterũ monentes, nihil planè esse siue ad docendum, siue admouẽdum accõmodatum, quod ex his supra dictis fontibus non fluat.*

Ex locis et ad probandum & ad monendum materia petitur.

De affectibus. Cap. 32.

Maxima vis Oratoris est in affectibus mouendis

M*Axima vis existit oratoris in hominũ mentibus permouendis, quod amplificatione fit. Est enim amplificatio grauior quædam argumentatio, quæ motu animorum cõciliet in dicendo fidem. Ea et verborum genere conficitur, & rerum. Quæ verba in amplificatione ponenda sint, tunc dicemus, cum ad elocutionis præcepta venerimus. Rerum amplificatio sumitur ex eisdem locis omnibus, quibus illa, quæ dicta sunt ad fidem: maximeq; definitiones valent conglobatæ, & consequentium frequẽtatio, & cõtrariarũ, & dißimiliũ, et interse pugnantiũ rerũ cõflictio, et causæ & ea, quæ sunt orta de causis maximeq; similitudines & exẽpla: ficta etiã personæ, muta deniq; loquantur.* In Orat. In part.

Qui loci maxime ad mouendũ valeãt

De amplificatione à definitionibus conglobatis. Cap. 33.

De orat. 2.

A Definitionibus conglobatis est illa Ciceronis amplificatio. Historia verò, testis têporum, lux veritatis, vita memoriæ magistra vitæ, nũtia vetustatis, qua voce alia nisi oratoris immortalitati commendatur. Est & illud ex codê loco imprimis illustre e xêplũ eiusdê pro Sestio. Ignari quid grauitas, quid integritas, quid magnitudo animi, quid denique virtus valeret, quæ in têpestate sæua quieta est, & lucet in tenebris, & pulsa loco manet tamê atque hæret in patria, splendetque per se semper, nec alienis vnquã sordibus obsolescit. Vbi sunt quinq; quasi definitiones, tũ historiæ, tum virtutis conglobatæ: raro enim adhibetur ab oratore definitio ad amplificandum, quæ genere declaretur, & proprietate.

Historiæ laus per amplificationem à definitionibus conglobatis.

Definitio quæ genere & proprietate declaretur, raro ad amplificãdũ adhibetur.

De amplificatione à consequentium frequentatione. Cap. 34.

Act. 7.

A Consequentium frequẽtatione est illa in Verrem amplificatio, Cõstitue nihil opis esse in hac voce, Ciuis Romanus sum, iam omnes prouintias, iam omnia regna, iam omnes liberas ciuitates, iam omnem orbem terrarũ, qui semper nostris hominibus maximè

patuit. Ciuibus Romanis ista defensione præcluseris.

De amplificatione à contrariarum rerum conflictione. Cap.35.

A Rerum contrariarum conflictione est illa amplificatio Ciceronis in Antonium: Tam autem eras excors, vt tota in oratione tecum ipse pugnares, vt non modo non cohærentia inter se diceres, sed maximé disiuncta atque contraria: vt non tanta mecum, quanta tecum tibi esset contentio. Vitricum tuum in tanto fuisse scelere fatebare, pœna affectum querebare. Ita quod proprium meum est, laudasti: quod totius senatus est, reprehendisti: Nam cum comprehensio sontium mea, animaduersio senatus fuerit: homo disertus non intelligit eum, quem contradicit, laudari à se, eos, apud quos dicit, vituperari. Et in eisdem orationibus. O spectaculum illud non modò hominibus, sed vndis ipsis, & litoribus luctuosum, cedere patria seruatorē eius: manere in patria proditores? Et in Catilinam. Hoc verò quis ferre poßit inertes homines fortißimis insidiari, stultißimos prudentißimus, ebriosos sobrijs, dormientes vigilantibus? Ex hoc loco etiam est illud eiusdem in Pisonem & Gabiniam, Qui latrones igitur si quidem vos Consules? qui prædones, qui hostes, qui proditores, qui tyranni nominabuntur? Magnum nomen est, magna species, magna dignitas, magna maiestas Consulis, non capiunt angustiæ pectoris tui: non recipit

[Margin notes: Phil. 2. — Brutū vocat seruatorē Antoniū vero proditorem — Phil. 10 — Orati. 2 — In pis.]

cipit leuitas ista: non egestas animi: non infirmitas ingenij sustinet, non insolentia rerum secundarum tantam personam, tam grauem, tam seueram.

De amplificatione à dissimilium & inter se pugnantium rerum conflictione. Cap. 36.

Pro rosc. Com. A *Dissimilium & inter se pugnantium rerum cõflictione sumpta est eleganter amplificatio Ciceronis, Qua in re mihi ridicule es visus esse inconstans, qui eundem, & læderes, & laudares, & virum optimum & hominem improbissimum esse diceres, eũdem tu & honoris causa appellabas, & virum primarium esse dicebas, & socium fraudasse arguebas.*

De amplificatione à causis conglobatis, & his quæ sunt orta de causis. Cap. 37.

In Orat. pro Sestio. C*AVSAE etiam, & ea quæ sunt de causis orta, multum valent ad amplificandum, si conglobentur: Cicero multas & varias causas propter quas multi essent ab eo alieniores, iungit hoc modo, Cum alij me suspicione periculi sui non defenderent, alij vetere odio bonorum incitarentur, alij inuiderent alij obstare sibi me arbitrarentur, alij vlcisci dolorẽ suum aliquem vellent, alij rem ipsam publicam atque hunc bonorum statum ociumque odissent, &*

ob hasce causas tot, tamq; varias, me unum deposcerent. Orta verò de causis ad amplificandum adhibuit contra M. Antonium, Doletis tres exercitus P. R. in terfectos, interfecit Antonius: Desideratis clarißimos cives, eos quoque vobis eripuit Antonius: Autoritas huius ordinis afflicta est, afflixit Antonius: Omnia deniq; quæ postea vidimus mala (quid autem mali nō vidimus) si rectè ratiocinabimur, uni accepta referemus Antonio. Ex hoc loco Mezentij immanem crudelitatem auget Euander apud Vergilium.

Tres exercitus po. Romā. in bello civili Cæsaris & pōpeij sunt interfecti.

Phil. 2

Lib. 8.

Quid memorem infandas cædes? quid facta tyranni
Effera? Dij capiti ipsius, generiq; reservent.
Mortu quin etiam iungebat corpora vivis,
Componens manibusq; manus, atq; oribus ora,
Tormenti genus, & sanie taboq; fluentes
Complexu in misero, longa sic morte necabat.

De amplificatione à similitudine atq; exemplo. Cap. 38.

Cicero in verrem, Non enim Charybdim tā infestam, neque Scyllam nautis quàm istum in eodē freto fuisse arbitror. Vergilius etiā ex hoc loco pulchritudinē Aeneæ pulcherrimis carminibus amplificavit.

Cicer. in Ver. 7.

Restitit Aeneas, claraq; in luce refulsit,
Os, humerosq; deo similis, nāque ipsa decoram
Cæsariem nato genitrix, lumenq; iuuentæ
Purpurcum, & lætos oculis adflarat honores:
Quale manus addunt ebori decus, aut ubi flavo
Argentum, Parius ve lapis circundatur auro.

Aenei. 1.

Idem

Idem merificè expreßit vim, qua AEneas in Turnum hastam coniecit.

Enei. 12. Cunctanti telum AEneas fatale coruscat,
Sortitus fortunam oculis, & corpore toto
Eminus intorquet: murali concita nunquam
Tormento sic saxa fremunt, nec fulmine tanti
Dissultant crepitus: volat atri turbinis instar,
Exitium dirum hasta ferens.

Pro Mi. Orat. 1. *Ab exemplis verò est illa Ciceronis amplificatio pro Milone, Quam ob rem vteretur eadem confeßione Titus Annius, qua Hala, qua Nasica, qua Opimius, qua Marius, qua nosmet ipsi. Et in Catilinam, An vero vir amplißimus P. Scipio Pōtifex maximus Tiberiū Gracchum mediocriter labefactantem statutum Reip. priuatus interfecit: Catilinam verò orbem terræ cæde atq; incendijs vastare cupientem nos Cōsules perferemus? nam illa nimis antiqua prætereo, quòd Q. Seruilius hala Sp. Melium nouis rebus studentem manu sua occcidit.*

De fictis personis & mutis rebus. Cap. 39.

Cicero in oratione pro Cælio: Appio Cæco vita olim functo sermonem attribuit. illa etiā oratio ad permouendos animos magnā vim habet, cū mutis personis sermonem damus, (Magnam vim habet ad animos per mouēdos cū mutis personis sermonē damus)

Orat. 1. *vt Cicero fecit contra Catilinam, Etenim si mecum patria, quæ mihi vita mea multo est charior, si cūcta Italia, si omnis Respub. loqueretur, M. Tulli quid agis? & ea,*

ea, quæ ſequuntur. Eandem etiam in eadē oratione cū Catilina loquentē facit eleganti oratione, cuius initiū eſt, Nullum iam tot annos facinus extitit, niſi per te: nullum flagitium ſine te. Fecit & Lucanus eandē cum Iulio Cæſare loquentem, priuſquam ille Rubiconem fluuium: qui dirimit Galliam ab Italia, tranſiret. Lib. 2.

Vt ventum eſt parui Rubiconis ad vndas
Ingens viſa duci patriæ trepidantis imago,
Clara per obſcuram vultu mæſtiſsima noctem:
Turrigero canos effundens vertice crines
Cæſarie lacera, nudiſque aſtare lacertis:
Et gemitu permixta loqui. Quo tenditis vltra
Quo fertis mea ſigna viri? ſi iure venitis,
Si ciues: huc vſque licet.

Quæ ſint ad amplificandum adhibenda. Cap. 40.

Ad amplificādū adhibēda ſūt quæ magna habentur.

SI cauſa patitur ea ſunt ad amplificandum adhibenda, quæ magna habentur: quorū eſt duplex genus. Alia enim magna natura videntur, alia vſu. Natura vt cœleſtia, vt diuina, vt ea, quorum obſcuræ cauſæ, vt in terris, mundoque admirabilia, quæ ſunt: ex quibus ſimilibusq́; , ſi attendas, ad augendum multa ſuppetunt. Vſu habentur magna, quæ videntur hominibus aut prodeſſe, aut obeſſe vehementius, quorum ſunt genera ad amplificādum tria. Nam aut charitate mouentur homines, vt Dei, vt patriæ, vt parentū: aut amore, vt fratrum, vt coniugum, vt liberorum: vt familiarium: aut honeſtate, In partit.

Duplex eſt genus rerū magnarum.

Rerū vſu magnarū gnera ſūt ad amplificandum tria.

te, vt virtutum, maximeq́; earum, quæ ad cõmunionẽ hominum & liberalitatem valent. Ex his & cohortationes sumuntur ad ea retinẽda, & in eos à quibus ea violata sunt, odia incitantur, & miseratio nascitur, proprius locus augendi in his rebus, aut amißis, aut amittendi periculo. Quamuis enim neque ad probandũ neque ad amplificandum adhiberi quicquam potest, quod ex locis peritum non sit, tamen ea ipsa, quæ petũtur è locis ad amplificandũ magna esse debent. Sic fecit Cicero in Catilinam cum ait, Quapropter de summa salute vestra & populi Romani P.C. de vestris cõiugibus ac liberis, de aris ac focis, de fanis ac templis de totius vrbis tectis, ac sedibus, de imperio, de libertate, de salute Italiæ, deque vniuersa Repub. decerni te diligenter, vt instituistis ac fortiter. Pleraque omnia sumpta sunt è loco ab adiunctis, sed sunt vsu magna. Vergilius etiam cum Iulij Cæsaris deplorat mortẽ à rebus natura magnis, quas ad locos supradictos referre tamen poßis, amplificationem duxit.

Maxime mouentur homines honestate virtutum quæ ad cõmunionẽ hominum valent.

In Catil. Or.

Quæ petuntur è locis ad amplificãdum magna eße debent.

Geor. 1.

Illi etiam extincto miseratus Cæsare Romam,
Cum caput obscura nitidum ferrugine texit:
Impiaq́; æternam timuerunt secula noctem.

Quam vsque ad libri finem elegantißime prosequitur.

Quid amplificatione seruandum. Cap. 41.

Nihil

Minuta est omnis diligẽtia.

Quo gñere amplificationis vtẽdũ in exornatione.

NIhil amplificatione nimis enucleandum est. Minuta est enim omnis diligentia, hic autem locus grãdia requirit. Illud est iudicij, quo quaque in causa genere vtamur augẽdi: in illis enim causis quæ ad delectationem exornantur, ij loci tractandi sunt, qui mouere possunt expectationem, admirationem, voluptatem. In cohortationibus autem bonorum ac malorum enumerationes & exempla valent plurimum, In iudicijs accusatori fere quæ ad iracundiam, reo plerũque quæ ad miserationem pertinent. Nonnunquam tamen accusator misericordiam mouere potest, & defensor iracundiam. In part.

In cohortationibus bonorum & malorum enumeratio per amplificationẽ tractanda est.

Cur quædam inuẽtionis præcepta ad causarum genera dentur accõmodata, & de dignitate exornationis Cap. 42.

ET si ex supra dictis fontibus omnis ad omnem orationem manat inuentio, tamẽ veteres oratores de generibus causarum (vt discentium minuerent laborem) seorsum præcepta tradiderunt.

Laus gñeris demõstratiui.

De præceptis autem exornationis in primis dicendum est. Nam & latum genus est saneq; varium, vt quod ad laudandos claros viros, & ad improbos vituperãdos suscipiatur: ad aliorum etiam vel animalium vel carentium anima laudem, vel vituperationem adhibetur, De orat. 2. Quintil. li.3.c.7.

tur, vt Cicero laudes Pōpeij in Oratione pro lege Manilia, Siciliæ in actionibus in verrē, studiorū verò humanitatis in oratione pro Archia poeta exornauit. Accedit etiam ad eius commendationem, quòd nullū est genus orationis, quod aut vberius ad dicēdum, aut vtilius ciuitatibus esse poßit, aut in quo magis orator in cognitione virtutum vitiorumque versetur. Confici tur autem genus hoc dictionis ad animi motus leniter tractandos, magis quam ad fidem faciendam, aut cōfirmandum accōmodate. Propriū enim laudis est res amplificare & ornare. Quam ob causam Aristoteles, et postea Cicero, & Quintilianus idoneam maximè inter omnia genera causarum existimauerunt ad scribendū exornationem.

(Margin: 5. Act. 4 — Arist. li. 1. Rhet. c. 6. & Quīti. li. 3. c. 7. — Quīt. li 3. cap. 8 — *Animi motus leniter in exornatione tractatur.* — *Exornatio maxime idonea ad scribendū*)

Ex tempore præterito quomodo Laus dicatur. Cap. 43.

LAVS HOMINVM cuius cognita præcepta facile ad res alias transferentur, diuiditur in tempora, quodque ante eos fuit, quodque ipsi vixerūt. In his aūt qui vita functi sunt, etiā quod est inse cutū. Ante hominem patria, ac parētes, maioresque erūt, quorum duplex tractatus est: aut enim respondisse nobilitati pulchrum erit, aut humilius genus nobilitasse factis. Illa quoque interim ex

(Margin: *Laus hominum in tria tēpora diuiditur.* — Quin. li. 3. cap. 7. — *Dupliciter tractatur laus eorū, quæ ante hominē fūt.*)

eo, quod ante ipsum fuit tempore trahentur, quæ respõsis, vel oraculis, vel signis futuram claritatem promiserint, vt in diuo Ioãne Baptista, multisque alijs viris sanctissimis.

De tempore quo vixit is, qui laudatur. Cap. 44.

Laus hominis ex animo & corpore, & rebus externis petenda est.

IPsius laus hominis ex animo, & corpore, & extra positis peti debet. Externa sunt, vt educatio, opes, diuitiæ, propinqui, amici, potentia, grati, cæteraq; huiusmodi. In corpore verò sunt hæc, forma, vires, valetudo, & his similia. Qui hæc habuerit, laudabitur, quòd bene illis sit vsus: si non habuerit, quòd sapienter caruerit: si amiserit, quòd moderate tulerit. Et quãuis & corporis, & fortuita, quæ dicuntur bona in se veram laudem nõ habeant, quæ deberi virtuti vni putatur, tamen quòd ipsa virtus in earum rerum vsu ac moderatione maximè cernitur, tractãda etiã in laudationibus hæc sunt. In quibus est summa laus non extulisse se in potestate non fuisse in solentem in pecunia, nõ se prætulisse alijs propter abundantiam fortunæ: vt opes & copiæ, nõ superbiæ videãtur ac libidini, sed bonitati, ac moderationi facultatẽ ac materiã dedisse. Inter corporis verò bona, forma, quæ virtutẽ significat, facile laudatur, quòd elegantissimè Latinus poeta his verbis significauit.

Quinti. li. 3. c. 7.

Cic. de orat. 2.

Virtus in externarũ rerum vsu ac moderatione maxime cernitur.

Inter bona corporis forma excellit.

In par.

Tutatur fauor Euryalum, lachrymæque decoræ,
Gratior & pulchro veniens in corpore virtus.

Sed

Quint.li 3.cap.7. Sed horum omnium leuior at animi semper vera est laus: quæ quoniam à virtute proficiscitur, de illa nunc dicendum est. *Cæterarū rerum leuior animi semper vera est laus.*

De animi bonis, & virtute quæ scientia cernitur. Cap. 45.

In part. VIrtutis duplex est vis: aut enim scientia cernitur virtus, aut actione. Nāque prudentia, quæque grauissimo nomine sapiētia appellatur hæc sciētia pollet vna, quæ verò moderandis cupiditatibus regendisq; animi motibus laudatur, eius est munus in agendo. *Virtus aut sciētia cernitur aut actione.* Prudentia est rerum expetendarum, fugiendarūq; scientia. *Prudētia quid sit.* Offic.2. Sapientia autem virtutum omnium princeps est diuinarum humanarumq; rerum scientia. Sunt autem aliæ quasi ministræ comitesq; sapientiæ: quarum In part. altera, quæ dialectica dicitur, quæ sint in disputando vera atque falsa distinguit & iudicat: altera est oratoria. *Dialectica & oratoria quasi ministræ sunt & comites sapientiæ.* Nihil enim est aliud eloquentia, nisi copiose loquens sapientia, quæ ex eodem hausta genere, quo illa in disputando vberior est, atque latior, & admotus animorū, vulgiq́ue sensus accōmodatior. *Eloquētia est copiose loquēs sapientia.* Studia etiam omnium bonarum artium ad hunc locum pertinent.

De virtute quæ in actione consistit. Cap. 46.

Tres sunt partes virtutis in actione positæ.

Iustitia quid sit.

VIrtus, quæ in actione posita est, tres habet partes, Iustitiam, Fortitudinem & Temperantiam. Iustitia est virtus, quæ in hominum societate tuenda, tribuēdo que suum cuique, & rerum contractarum fide versatur. Illa erga deū religio, erga parētes pietas, vulgo autem bonitas, creditis in rebus fides, in moderatione animaduertendi lenitas, amicitia in beneuolentia nominatur. Fortitudo est considerata periculorum susceptio & laborum perpeßio, cuius est liberalitas in vsu pecuniæ. Temperantia est rationis in libidinem, atque in alios non rectos impetus animi firma & moderata dominatio. Custos verò virtutum omnium, dedecus fugiens, laudemq; maximè consequens, verecundia est.

Offic. 1.

Iustitiæ partes.

In part.

Fortitudo quid sit.

De inuē ti. 2.

Temperātia, quid sit?

In part.

Verecundia est custos virtutū omniū.

Quomodo laus ab hoc loco sit du cenda. Cap. 46.

Singularū virtutum sunt certa quædā officia.

De orat. 2.

ET QVONIAM singularum virtutum sunt certa quædam officia, ac munera, & sua cuique virtuti laus propria debetur: erit explicandum in laude iustitiæ, quid cum fide, quid cū æquabilitate, quid cū huiusmodi aliquo officio is, qui laudabitur, fecerit. Huc spectat illa Ser. Sulpitij laus apud Ciceronem, Nec verò silebitur admirabilis quædā

Phil. 9.

&

& incredibilis, & penè diuina eius in legibus interpretandis, æquitate explicãdis, scientia. Omnes, qui ex omni ætate hac in ciuitate intelligentiam iuris habuerit, si vnum in locum conferantur, cum Ser. Sulpitio non sunt comparandi. Neque enim ille magis iurisconsultus, quàm iustitiæ fuit, Itaque quæ proficiscebantur à legibus, & à iure ciuili, semper ad facilitatem, æquitatẽque referebat: neque constituere litium actiones malebat, quàm controuersias tollere. Itemque in cæteris res gestæ ad cuiusque virtutis genus, & vim, & nomen accõmodabuntur. Gratissima autem laus eorũ factorum habetur, quæ suscepta videntur à viris fortibus sine emolumento, ac præmio: quæ verò etiam cum labore & periculo ipsorum, hæc habent vberrimam copiam ad laudandum, quod & dici ornatissime possunt, & audiri facillime. Ea enim denique virtus esse videtur præstantis viri, quæ est fructuosa alijs, ipsi autem laboriosa, aut periculosa aut certe gratuita. Hinc Seruium Sulpitium mirifice Cicero laudat: quód difficillimo Reip. tempore, graui periculosoque morbo affectus, autoritatem Senatus, salutemque pop. Rom. vitæ suæ præposuerit, contraque vim grauitatemque morbi contenderit, vt ad castra Antonij, quo Senatus eũ miserat, perueniat. Magna etiam illa laus & admirabilis videri solet, tulisse casus sapienter aduersos: non fractum esse fortuna: retinuisse in rebus asperis dignitatem. Sic Cicero Milonis in graui ac difficili tempore vultum semper eundem, & vocem & orationem stabilem ac non mutatam commendat, & eius infractum

Res gestæ ad cuiusque virtutis nomen & vim sunt reuocandæ.

Quæ virtus præstantis viri sit.

Phil. 9.

Magna est laus tulisse casus sapienter aduersos.

Quæ res in laudatione ponendæ. *& excelsum animum extollit. Sumendæ autem res erũt aut magnitudine præstabiles: aut nouitate primæ: aut genere ipso singulares, Eiusmodi rerum plenæ sunt orationes Ciceronis pro lege Manilia, & pro. M. Marcello, in quarũ altera Cn. Pompeium, in altera Iulium Cæsarem laudat: neque enim paruæ, neque vsitatæ, neque vulgares admiratione, aut omnino laude dignæ videri solent. Est etiam cum cæteris præstantibus viris comparatio in laudatione præclara. Sic apud Vergiliũ Augustus Cæsar cum his comparatur, quorum erant illustres victoriæ.* Li. æneid. 6.

> Nec vero alcides tantum telluris obiuit,
> Fixerit æripidem ceruam licet, aut Erymanthi
> Placarit nemora, & Lernam tremefecerit arcu.
> Nec qui pampineis victor iuga flectit habenis,
> Liber agens celso Nisæ de vertice tigres.

Et Cicero in Philippicis M. Antonium cum Tarquinio superbo comparat: & D. Bruti, qui regnare nõ patiebatur Antonium, beneficia in Remp. maiora esse docet, quám L. Bruti, á quo Tarquinius expulsus est Phil. 3.

De tempore quod finem hominis in sequitur. Cap. 47.

NEc mors eorum quorum vita laudabitur, silentio præteriri debebit: si modo quid erit animaduertendum aut in ipso genere mortis, aut in iis, quæ mortem eruut consecutæ. In tempore autem,

quod finem hominis in sequitur, insunt habiti post mortem honores, decreta virtutis præmia, res gestæ iudicijs hominum cõprobatæ. Afferunt etiã laudem liberi parẽtibus, vrbes conditoribus, leges latoribus, artes inuentoribus, nec non instituta quoq; autoribus. Hinc est illud Ciceronis de Seruio Sulpitio. Quãquam nullũ, monimẽtũ clarius Ser. Sulpitius relinquere potuerit, qua effigiẽ morum suorum, virtutis constantiæ, pietatis, ingenij filiũ, cuius luctus aut hoc honore vestro, aut nullo solatio leuari potest. Et in alia oratione: Romulũ, qui hanc vrbẽ condidit, ad deos immortales beneuolẽtia famaq; sustulimus. Omnis ordo supradictus in vituperationes constabit tantum in diuersum, id, quod in orationibus Ciceronis in Pisonem, in Vatinium, in M. Antonium, maximeque ex secũda Philippica animaduertere licet.

Phil. 9.

In Cat.

Quæ sint laudanda in tẽpore quod finẽ hominis ĩ sequitur. Liberi parentibus, vrbes conditoribus iuenta inuẽtoribus laudem afferunt.

De laude vrbium. Cap. 48.

Laudantur vrbes similiter atque homines. Nam pro parente est conditor & multum autoritatis affert vetustas, & virtutes ac vitia circa res gestas, eademque in singulis, Illa propria, quæ ex loci positione, ac munitione sunt. Ciues illis vt hominibus liberi, decori. Ad hunc locum pertinent illud Vergil. de vrbe Roma.

Quint. li 3. cap. 7.

Vrbes similiter atque homines laudãtur.

Æneid. 6.

En huius, nate, auspiciis inclyta Roma.
Imperium terris, animos æquabit olympo,
Septemque vna sibi muro circumdabit arces
Felix prole virum.

Idem etiam poeta Italiæ laudes elegantißime celebrauit ex his locis, in secundo libro Georgicorum.

De deliberatione. Cap. 49.

Exornationis præcepta multum conferunt ad deliberationem.

QVæ tradita sunt exornationis præcepta, multum ad sententiam dicendam valent: quia plerumque eadem illic laudari, hic suaderi solent. In deliberando finis est dignitas, ad quem omnia referuntur in consilio dando, sententiaq; dicenda. Sunt autem & in suadendo, & in dissuadendo tria primum spectanda, quid sit de quo deliberetur: qui sint, qui dedo, vel dis liberent: qui sit suadeat. Quīti. li. 3. c. 7. De ora. 2. Quin. li. 3. cap. 8.

Tria sunt spectanda in suadendo & dissuadendo

De re, de qua deliberatur. Cap. 43.

REM, de qua deliberatur, aut certū est posse fieri, aut incertū. Si incertū hæc erit quæstio sola, aut potentißima. Sæpe enim accidit vt prius dicamus, ne si poßit quidem fieri, eße faciendum, deinde fieri non poße. Cum autem de hoc quæritur, coniectura est, vt, An Rex Emanuel terras vltra Oceanū Quīt. li. 3. Cap. 8

sit

Phil. 7. *sit inuenturus. Sic ait Cicer. Pacem cum M. Antonio esse nolo quia turpis est, quia periculosa, quia esse non potest. Quæ tria diligentißime in oratione explicat. Quædam & fieri posse, & futura esse credibile est, sed aut alio tempore, aut alio modo. Partes suadendi in vniuersum sunt tres, prima est, vt doceamus effici posse id, quod suademus: secunda deinde honestū esse: postremo verò esse vtile. In primis itaque videndum est an effici poßit id, quod suademus, nam si quid effici non poßit, deliberatio tollitur, quamuis & honestū, & vtile sit. Videndum etiam est quàm facile poßit: nam quæ perdifficilia sunt, perinde habenda sunt, ac si effici non poßint. Et cum de neceßitate attendemus & si aliquid non neceßarium videbitur, videndū tum erit, quàm sit magnum. Quod enim permagni interest pro necessaria sæpe habetur. Est apud T. Liuium præclara P. Scipionis oratio, in qua & posse Annibalem in Africa vinci demonstrat: & ad dignitatem populi Romani, famamq; apud reges, gentesque externas pertinere, non ad defendendam modò Italiam, sed ad inferenda etiam Africæ arma, videri Romanis animū esse, & in primis esse vtile requiescere aliquando diu vexatam Italiam, vri populariqúe inuicem Africam.*

Partes suadendi sūt tres.

Ari. rhe li 1. c. 4. Cice. de orat. 2.

Si quid effici nō potest deliberatio tollitur.

Quod permagni interest pro neceßario habetur.

Lib. 8. dec. 3.

De his, quæ deliberant. Cap. 51.

Multum interest quis deliberet. *Praecipue intuendi mores eius, qui deliberat.* *Quit. li 3. cap. 8.* *In part.*

D*Iuersi sunt deliberantium animi: & siue consultent plures, siue singuli, in vtrisque differentia est. Quia & in pluribus multum interest, senatus sit, an populus: Romani, an Hispani, an Galli: & in singulis, cato an Cicero, Caesar an Pompeius deliberet. Proinde intuenda sexus dignitas, aetas, sed mores praecipuè discrimen dabunt. Duo enim sunt hominum genera, alterum indoctum, & agreste, quod ante fert semper vtilitatem honestati: alterum expolitum, quod rebus omnibus dignitatem anteponit.*

De prima parte suadendi. Cap. 52.

Magna est honestatis pulchritudo. *Facile est honesta apud honestos obtinere.* *Leuissimi cuiusque animus facillime terretur.* *Offic. 1.* *In part.*

S*I honestatis pulchritudo cerni oculis posset mirabiles sui amores excitaret. Sed quoniã genus hominum ad honestatem natum malo cultu, prauisque opinionibus corruptũ est, diligenti cohortatione opus est. Et honesta quidem apud honestos suadere facillimum est: si verò apud turpes recta obtinere conabimur, ne videamur exprobrare diuersam vitae sectam, cauendum est. Et animus deliberantis non sola virtutis commendatione permouendus, sed laude, vulgi opinione, & secutura vtilitate, aliquanto verò magis obijciendo aliquos, si diuersa fecerint, metus. Nam praeter id, quòd his leuissimi cuiusque animus facillime terretur, nescio an naturaliter apud plurimos plus valeat malorum timor, quàm spes bono-*

bonorum. Sola virtutis commendatione incendit militum animos Cato apud Lucanum ad aggrediendū iter Lib. 9. *difficillimum & periculosissimum.*

O quibus vna salus placuit mea castra secutis
Indomita ceruice mori, componite mentes
Ad magnum virtutis opus, summosq; labores.

Quam orationem pulchra illa claudit sententia.

Serpens, sitis, ardor, arenæ,
Dulcia virtuti. Gaudet patientia duris.
Lætius est, quoties magno sibi constat, honestum.

Sæpe etiam controuersia inter hominum sententias in illo est, vtrum sit honestius. Affirmant autem viri sapientissimi omne officium, quod ad coniunctionem hominum, & ad tuendam societatem valet, anteponendū esse illi officio, quod cognitione & scientia continetur. In ipsa autem cōmunitate sunt gradus, ex quibus, quid cuiq; præstet, intelligi potest, vt prima Deo Optimo Max. secunda patriæ, tertia parētibus, deinceps gradatim reliqua reliquis debeātur. Ex quibus atq; similibus intelligimus, quomodo hanc suasionis partem, quæ ad honestatem pertinent, tractare debeamus. Quæ officij quibus antea ponenda.

De vtilitate. Cap. 53.

Quinti. li. 3. c. 8. *AN sit autem facile, magnum, iucundum, sine periculo, ad quæstionem pertinet vtilitatis. Suasor itaque vel omnia hæc, vel eorum pleraque inesse in eo, quod suadet, ostendet.* Facile, magnū iucundū ad vtilitatis quæstionē pertinent

Qui

Qui verò dissuadet, ille difficile, paruum, iniucundum periculosum monstrabit. Hoc modo Fabius Maximus apud T. Liuium ne P. Scipio in Africam traijciat, cõtendit: cum Annibal hostis incolumi exercitu quartũ decimum annum Italiam obsideat. Nam nunc quidem præterquam quòd & in Italia & in Africa duos diuersos exercitus alere ærarium non potest, præterquam quòd vnde classes tueamur, vnde commeatibus præbendis sufficiamus nihil reliqui est: periculi tandem, quantum adeatur, quem fallit? Deinde grauiter & sapienter difficultates multas, & pericula commemorat, quæ futura sint, ni consul vterque in Italia retineatur. Eodem etiam modo propositis duobus vtilibus, vtrum sit vtilius controuersia est. Cum autem species vtilitatis cum honestate certat, qui vtilitatem defendet enumerabit commoda pacis, opum, potentiæ, vectigalium, præsidij, militum, vtilitatesque cæterarum rerum, quarum fructum vtilitate metimur: itemque in commoda contrariorum. Ex his locis Catilina apud Salustium ad nefarium facinus, quod ille maximum atque pulcherrimum vocat, coniuratos hortatur, Vobis (inquit) est domi inopia, foris æs alienum, mala res, spes mulio asperior, denique quid reliqui habemus præter miseram animam? Quin igitur expergiscimini? en illa, quam sæpe optastis libertas: præterea diuitiæ, decus, gloria in oculis sita sunt. Curio similiter apud Lucanum specie vtilitatis Iulium Cæsarem ad ciuile bellum hortatur.

Lib. 8. Deca. 3.

De orat. 2.

Salust. de Catil.

Bellan

Bellantem geminis tenuit te Gallia lustris,
Pars quota terrarum, facili si prælia pauca
Gesseris euentu: tibi Roma subegerit orbem.

Qui ad dignitatem impellet maiorũ exempla, quæ erũt vel cum periculo gloriosa colliget, posteritatis immortalem memoriam augebit, vtilitatem ex laude nasci defendet, semperq; eam cum dignitate esse coniunctã. Hæc autem exercitatio defendendi speciem vtilitatis contra honestatem, in qua vna vera est vtilitas, ad scholarum exercitationes vtilis est: nam & iniquorũ ratio noscenda est, vt melius æqua tueamur.

Vtilitas semper cũ dignitate coniũcta est.

Quin. li. 3. cap. 8.

De eo qui suadet. Cap. 54.

De orat. 2.

Multum etiam refert, quæ sit persona dicentis, suadere enim aliquid, aut dissuadere grauißimæ est personæ. Nam & sapientis est, consilium explicare suum de maximis rebus, & honesti & diserti, vt mente prouidere, autoritate probare, oratione persuadere poßit. Anteacta vita si illustris fuit, aut clarius genus, aut ætas, aut dignitas affert expectationem, videndum est ne quæ dicũtur, ab eo qui dicit dissentiant. A this contraria summißiorem quendam modum postulant. Nam quæ in alijs libertas est, in alijs licentia vocatur & quibusdam sufficit autoritas, quosdam ratio ipsa ægre tuetur.

Suadere aliquid, aut dissuadere grauißimæ est personæ.

Quĩt. li. 3. Cap. 8

Quædam in deliberatione obseruanda. Cap. 55.

AD consilium de rep. dandum, caput est nosse Rempublicam, ad dicendum verò probabiliter nosse mores ciuitatis, qui quia crebro mutantur, genus quoque orationis est sæpe mutandum. In senatu minori apparatu dicendum est, sapiens enim est consilium, multisq; alijs dicendi relinquendus locus, vitanda etiam ingenij, ostentationisq; suspicio.

Ad dicendum probabiliter mores ciuitatis sunt cognoscendi.

Minori apparatu apud sapientes dicendum.

De. ora. 2.

Concio capit omnem vim orationis, & grauitatem, varietatemque desiderat: maximaq; pars orationis admouenda est ad animorum motus. Hoc videre est in quibusdam Ciceronis orationibus contra M. Antonium in senatu habitis, quæ cum sint elegantes & disertæ, nullum tamen apparatum habent. At oratio pro lege Manilia, & orationes de lege Agraria, multo magnificentius habent & ornatius genus dicendi. Vis autem ad suadendum exemplorum est maxima, aut recentium quo notiora sunt, aut veterum, quo plus autoritatis habent. Plerunque enim videntur respondere futura præteritis, habeturque experimentum velut quodam rationis testimonium. Suadet Fabius Maximus in senatu,

Concio capit omnem vim orationis.

Exemplorum maxima est vis ad suadendum.

Experimentum est velut quodam rationis testimonium.

Arist. li. 1. Rhe. c. 9.

Quint. li 3. cap. 8.

Cic. in part.

tu, ne P. Scipio Annibale in Italia relicto in Africam traijciat: Dies me deficiat (inquit) si reges imperatoresq; temere in hostium terras transgressos, cum maximis cladibus suis exercitumq; suorum enumerare velim. Deinde vetus affert Atheniensium exemplū, qui classe in Siciliam transmissa, rempublicam suam in perpetuum afflixerunt. Et nouum M. Atilij, qui in ea ipsa Africa annis ante quadraginta in prælio victus & captus est. Sequebatur, vt ea, quæ iudicij accommodata sunt, explicarentur: sed quia iudiciorum mutata ratio, vt ea præcepta parum sint necessaria, efficit, & ex orationibus Ciceronis & locis supra dictis, tū etiam his, quæ de partibus orationis dicētur, facile cognosci possunt: sequitur vt de secunda parte Rhetoricæ dicamus.

DE ARTE RHETORICA. LIB. II.

De diſpoſitione. Cap. 1.

SECVNDVS HIC liber diſpoſitionis præcepta cõtinebit, quæ oratori perutilia ſunt, & maximè neceſſaria. Quid enim diligenter argumẽta inueniſſe cõferet, niſi pari diligentia, quæ inuenta ſunt, collocentur? Excellentis ducis virtus non magis in deligendo fortiſſimo & ſtrenuiſſimo quoq; milite ad bellum, quàm in inſtruenda adpugnã acie cernitur: & ſi quam in corporibus noſtris, aliorum vè animaliũ partem permutes atq; trãſferas, licet habeat eadem omnia, prodigium ſit tamen. Et artus etiam leuiter loco moti perdunt, quo viguerunt vſum: & turbati exercitus ſibi ipſi ſunt impedimento. Sic oratio carens hac virtute, tumultuetur neceſſe eſt, & ſine rectore fluitet, nec cohæreat ſibi: multa repetat, multa tranſeat, velut nocte in ignotis locis errans: nec initio, nec fine propoſito, caſum potius quã conſilium ſequatur. Qua propter hic liber diſpoſitioni ſeruiat.

Quĩt. li. 7. in præfa.

De inuẽ. 1.

seruiat. Est autem dispositio rerum inuentarum in ordinem distributio. Cuius in infinita quæstione ordo est ferè idem, qui expositus est locorum. In definita autẽ adhibenda sunt illa etiã, quæ ad motus animorum pertinent. Atq; eò fit, vt vtamur exordio, Narratione, Confirmatione, Per oratione. Hæ sunt enim quatuor orationis partes, per quas inuenta distribuimus. Quarum duæ valent ad rem docendam, narratio & cõfirmatio: ad impellẽdos animos duæ, principium & per oratio, de quibus sigillatim dicendum est.

In part. — In proposito qui ordo dispositionis sit seruandus.

In part. — Cur ĩ causa orationis partibus vtamur.

Duæ partes orationis valẽt ad rem docendã, ad impellendos animos duæ.

De Exordio, Cap. 2.

EXORDIVM est oratio animum auditoris idoneè comparãs ad reliquam dictionem. Id fieri tribus maximè rebus inter autores plurimos constat, si beneuolum, attentum, docilem auditorem fecerimus, quorum primus locus, id est, vt amice audiamur est in personis nostris auditorum aduersariorum è quibus initia beneuolentiæ conciliandæ comparantur: aut meritis nostris, aut dignitate, aut aliquo genere virtutis, & maximè liberalitatis, officij, iustitiæ, fidei, contrarijsque rebus in aduersarios conferendis, & cum auditoribus aliqua coniunctionis aut causa aut spe significanda. Cicero pro C. Rabirio perduellionis reo, Me cum amicitiæ vetustas, tum digni-

De inuẽ. — Quid sit exordium

Quiti. li. 4. c. 1 Arist. 3. Rhet. c. 14.

In part. — Auditor ĩ exordio beneuolus docilis & attentus fieri debet

Quomodo cõcilie tur auditoris beneuolentia.

Pro. C. Rabirio.

tas hominis, tum ratio humanitatis, tum meæ vitæ perpetua consuetudo, ad C. Rabirium defendendum est ad hortata: tum vero vt id studiosissime facerem, salus Reip. Consulere officium, Consulatus deniq; ipse mihi vna vobiscum cum salute Reip. commendatus coegit. hæc autem accuratè in eo exordio & ornatè explicat. In oratione vero P. Sylla sic ait: Quanquam ex huius incommodis magnam animo molestiam capio, tamē in cæteris malis facile patior oblatū mihi tempus, in quo boni viri lenitatem meam, misericordiamq; notam omnibus quondam, nunc quasi intermissam agnoscerent improbi ac perditi ciues edomiti atq; victi præcipitāte Rep. vehementem me fuisse atq; fortem, conseruata mitem ac misericordem faterentur. Et pro Cn. Plancio suam cū iudicibus coniunctionem significat his verbis, Nunc autem vester Iudices conspectus & consessus iste reficit, & recreat mentem meam, cum intueor & contēplor vnumquenq; vestrum: video enim hoc in numero neminem cui mea salus chara non fuerit, cuius non extet in me suum meritum, cui non sim obstrictus memoria beneficij sempiterna. Itaque non extimesco, ne Cn. Plancio custodia meæ salutis apud eos obsit, qui me ipsum maximè saluum videre voluerunt. At in oratione pro P. Quintio vim aduersariorū & gratiā in inuidiam vocat, & C. Aquiliū eosq; qui in cōsilio ad sunt, orat atq; obsecrat, vt multis iniurijs iactatā atq; agitatā æquitatē in eo tādē loco cōsistere atq; cōfirmari patiantur. Intelligenter autē vt audiamur, & attēte à rebus ipsis ordiēdū est, sed facillime auditor discit

Pro. P. Sylla.

Pro Cn. Plancio.

Pro. P. Quint.

Quomodo fiat auditor docilis.

discit, & quid agatur, intelligit, si complectare ab initio genus naturamq; causæ, si definias, si diuidas, si neq; prudentiam eius impedias confusione partium, nec memoriam multitudine. Sic exorditur Cicero Pro A. Cluentio: Animaduerti Iudices, omnem accusatoris orationem in duas diuisam esse partes: Quam distributionem ait certum sibi esse in defensione seruare, vt omnes intelligant nihil eum nec subterfugere voluisse reticendo, nec obscurare dicendo. Vt attente autem audiamur trium rerum aliqua consequemur. Nam aut magna quædam proponemus, aut necessaria, aut coniuncta cum ipsis, apud quos res agetur. Luculenter hunc locum Cicero tractauit in exordio nobilissimæ orationis pro Domo sua: Quòd si vllo tempore magna causa in sacerdotum populi Rom. iudicio ac potestate versata est, hæc profectò tanta est vt omnis Reipublicæ dignitas, omnium ciuium salus, vita libertas, aræ, foci, dij penates, bona fortunæ, domicilia, vestræ sapientiæ, fidei, potestatiq; commissa credi taque esse videantur. Verum ex his, quæ proposita sunt aliud atque aliud pro varietate causarum desiderari palam est.

Pro A. cluen.

Qua ratione reddatur auditor attentus.

Pro domo sua.

Quint. li 4. cap. 1.

De generibus causarum.
Cap. 3.

Genera porrò causarum, plurimi quinq; fecerunt, honestum, humile, dubium vel anceps, admirabile, obscurum. Sunt quibus rectè videatur adijci turpe, quod alij humili, alij admirabili

Quint. li 4. cap. 1.

Quinque causarum sunt genera.

Genus admirabile.

subijciunt. Admirabile autem vocāt, quod est præter opinionem hominum constitutum. In ancipiti maximè beneuolum iudicem, in obscuro docilem, in humili attētum parare debemus: nam honestum quidem ad conciliationem satis per se valet, in admirabili & turpi remedijs opus est, & eò quidam exordium in duas diuidunt partes, principium, & insinuationem, vt sit in principijs recta beneuolentiæ & attentionis postulatio quæ quia esse in turpi causæ genere non possit, insinuatio surrepat animis, maximè vbi frons causæ non satis honesta est, vel quia res sit improba, vel quia hominibus parum probetur. Et quidem quibus aduersus hæc remedijs sit medendum, consilium ex causis sumetur. Illud in vniuersum præceptum sit, vt ab ijs quæ lædūt ad ea quæ prosunt, refugiamus. Si causa laborabimus, persona subueniet, si persona, causa. His etiam de causis insinuatione vtendum est, si aduersarij oratio auditorum animos occupauerit, vel si dicendum apud fatigatos est, quorum alterum promittendo nostras probationes, & aduersas eludendo vitabimus, alterum & spe breuitatis, & ijs, quibus attentum fieri auditorem docuimus. Vrbanitas etiam opportuna reficit animos, & vndecunq; petita auditoris voluptas leuat tædium.

Insinuatio quando sit necessaria.

Quit. li. 4. Cap. 1 ad Her. lib. 1. Cic. de inu.

Vrbanitas opportuna reficit animos.

Cuiusmodi exordia esse debeant. Cap. 4.

Exer

De orat. 2.

Exordia semper cum accurata & acuta & instructa sententijs, apta verbis, tum causarum propria esse debent. Prima est enim quasi cognitio & commendati oratoris in exordio, quæ continuò enim, qui audit, permulcere atq; allicere debet. Maxima autem copia exordiorum ad auditorem aut alliciendum, aut incitandum ex his locis trahitur, qui ad motus animorum conficiendos inerũt in causa: quos tamen totos in exordio explicari non oportebit, sed tã tum impelli primò auditorem leniter, vt iam inclinato reliqua incumbat oratio.

Exordia debẽt esse apta verbis & instructa sẽtentijs.

In exordio leniter est alliciendus aut incitãdus auditor.

De vitijs exordij. Cap. 5.

De inuẽ. lib. 1. ad Her. li. 1

HAEC autem sunt vitia certissima exordiorũ, quæ summopere vitare oportebit: vulgare, commune commutabile, longum, separatum, translatum contra præcepta. Vulgare est, quod in plures causas potest accommodari, vt conuenire videatur. Cõmune est, quod nihilominus in hanc, quàm in contrariam partẽ causæ potest cõuenire. Cõmutabile est, quod ab aduersario potest leuiter mutatũ ex cõtraria parte dici. Longũ est, quod pluribus verbis aut sententijs, vltra quàm satis est, producitur. Oportet enim vt ædibus ac tẽplis vestibula et aditus, sic causis

Septem exordij sunt vicia

Exordiũ vulgare.

Cõmune.

Cõmutabile.

Longũ.

proportione rerum principiis præponere. Separatũ est quod nõ ex ipsa causa ductũ est, nec sicut aliquod mẽbrum, anne xum orationi. Translatum est, quod aliud conficit quàm causæ genus postulat, vt si quis docilem faciat auditorem, cum beneuolentiam causa desideret aut si principio vtatur, cũ insinuationem res postulet. Contra præcepta est, quod nihil eorum efficit, quorum causæ præcepta de exordijs traduntur: hoc est quod eũ qui audit, nec beneuolum, nec attentum, nec docilem reddit, aut, quo profectò nihil peius est, vt contra sit, facit. Separatum. Translatum. Contra præcepta.

De exordio quædam in gente iudiciali. Cap. 6.

Ex causæ visceribus exordia iudiciali sũt sumenda. Laus iudicũ est cũ vtilitate causæ iungenda.

DIctum est de exordio in commune, restat vt breuiter, si quid in singulis generibus in exordiẽdo propriũ est, adijciamus. Et vt à iudicijs incipiamus, veteres oratores diligẽter id curabant, vt in genere iudiciali ex ipsis visceribus causæ sumerent exordia: iudicem conciliabant non tantum laudando eum, sed laudem eius ad vtilitatem causæ suæ coniungentes, allegando pro honestis dignitatẽ illi suam, pro humilibus iustitiam, pro infelicibus misericordiam, pro læsis seueritatem, & similiter cætera: metum nonnunquam amouebãt, vt Cicero pro Milone, ne arma Pompeij cõtra se disposita putarẽt, laborauit nonnunquam adhibebant, vt idẽ in Verrem facit. Dabãt etiam operam ne ostentarent in principijs curam. De ora. 2. Quit. li. 4. cap. 1.

Non semper autem exordio vtebantur, sed in honestis in paruis etiam atque frequentibus causis ab ipsa re omisso exordio incipiebant. Nō sēper exordio vtendum in iudicio

De exordio in exornatione & de liberatione. Cap. 7.

Rhe. ad Alex. c. 31. & Quint. li. 3. c. 8 In part. Quint. li. 3. ca. 3

PRæter ea, quæ de exordio dicta in genus demonstratiuum facile transferri possunt, illud est notandum: exordia in eo esse maximè libera, vt Aristoteles existimat. Nam & longe à materia duci, & ex aliqua rei vicinia possunt. In deliberatione verò sæpe nulla vel breuia esse debent. Non enim sup plex vt ad iudicē venit orator, sed hortator, atque au tor. Quare cum principio vtetur, proponere qua mente dicat, quid velit, quibus de rebus dicturus sit, debet, hortarique ad se breuiter dicentem audiendum.

In exornatione pri cipia sunt maxime libera. In deliberatione principia vel nulla sunt vel breuia.

De narratione. Cap. 8.

In part. Quint. li. 4. c. 2

NArratio est rerum explicatio, & quædam quasi sedes ac fundamentum constituendæ fidei. Oportebit autem eam tres habere res, vt breuis, vt aperta, vt probabilis sit: per quas efficitur, vt auditor intelligat, meminerit, credat. Erit autem breuis narratio, si constet simplicibus verbis, et

Narratio debet esse breuis, aperta & probabilis.

semel vnaquæq; res dicatur. Tum etiam si reciderimus omnia, quibus sublatis neque cognitioni quicquam neque vtilitati detrahatur. Non tamē in ornata debet esse breuitas, alioqui sit indocta. Erit autem perspicua si verbis vsitatis, si ordine temporum cōseruato, si nō interrupto narrabitur. Probabilis autem erit, si personis, si temporibus, si locis ea, quæ narrabuntur consentient, si cuiusque facti & eventi causa ponetur: si testata dici videbuntur: si cum hominū opinione, autoritate, si cum lege, cum more, cū religione coniuncta: si probitas narrantis significabitur, si antiquitas, si orationis veritas, & vitæ fides. Ciceroni vehementer placet vt iucunda, & suauis sit narratio, eamq; suauem esse narrationē ait, quæ habet admirationes, expectationes, exitus inopinatos, quæ interpositos motus animorum, colloquia personarum, dolores, iracundias, metus, lætitias, cupiditates.

Breuitas narrationis nō sit in ornata

Narratio iucūda sit & suauis.

In part. Quinti. li. 4. c. 2 In part.

In part. & 2. de orat. & Quint. li. 4. cap. 2

Quando narratione vtendum sit. Cap. 9.

IN IVDICIIS quando vtendum esset aut non eßet narratione id erat consilij. Nec enim si nota res esset, nec dubium erat quid gestū esset, narratio adhibeatur, nec si aduersarius narrauerat, nisi si refellebatur. In exornatione vero narratio non erit vlla, quæ necessariò consequatur

De orat. 2.

exor

exordiũ, sed si qua inciderit, cũ aliquid eius, de quo loquemur, nobis narrãdũ sit, cũ laude, aut vituperatione

Aristo. Rhet. 3. c 16. Ci.i par. Quin li. 3.cap.8.

præceptio narrãdi de hoc loco petitur. Nec multũ sane sæpe in deliberatione narrãdum est, est enim narratio præteritarũ rerũ, aut præsentiũ: suasio autẽ futurarũ. Priuata certè deliberatio narrationem nũquã exiget eius duntaxat rei, de qua dicẽda sentẽtia est, quia nemo ignorat id, de quo cõsulit: extrinsecus possũt pertinentia ad deliberationẽ multa narrari. In concionibus sæpe est etiã illa, quæ ordinem rei docet, necessaria. Nunc ad confirmationem transeamus.

De confirmatione. Cap. 10.

De ora. 2.

SEquitur confirmatio, in qua suggerẽda sunt firmamẽta causæ cõiunctè et infirmãdis contrarijs, & nostris confirmandis, namque vna in causis ratio quædã est eius orationis, quæ ad probandã argumẽtationem valet: ea autẽ & confirmationem, et reprehensionem quærit. Sed quia nec reprehendi quæ cõtradicũtur, possunt, nisi tua confirmes: neque hæc confirmari, nisi illa reprehendas: idcirco hæc & natura,

ad Her. lib. 1.

& tractatione, & vtilitate cõiuncta sunt. Tota autẽ spes vincendi ratioq; persuadendi in hac parte posita est. Nã cum argumẽta nostra exposuerimus, cõtraria q; dissoluerimus, absolutè nimirum erit á nobis oratoris muneri satisfactũ. Vtrumq; igitur poterimus cõmodè facere si constitutionem causæ cognouerimus.

Tota spes vincendi est in confirmatione.

Quid sit Status. Cap. 11.

Status nascitur ex prima causarũ conflictione.

Quinti. li.3.c.6.

Status est quæstio, quæ ex prima causarum conflictione nascitur, vt sit intentio accusatoris: Sylla coniurasti cum Catilina, depulsio verò defensoris: nõ cõiuraui: Ex hac prima conflictione nascitur illa quæstio, coniurauerit ne Sylla cum Catilina? quam quæstionẽ vel statum, vel constitutionem oratores appellant. Status autẽ appellatio dicitur ducta vel ex eo, quòd ibi sit primus causæ congressus, vel quòd in eo causa consistat.

Status orationis pro Sylla.

Vnde dictus sit status.

Quot sint status. Cap. 12.

Status sũt tres.

Cõiecturalis status quid sit.

Finitionis status quid sit.

Status qualitatis quid sit.

Status qualitatis habet partes duas.

Cic. in Topic. & i par. Quint. li.3.c.6

Cvm tria sint, quæ in omni disputatione quærantur, sit nec ne, quid sit, quale sit fit vt constitutiones quoque tres sint. Prima cõiecturalis, in qua, sit nec ne quærimus, vt, sit nec ne insidiatus Miloni Clodius? secunda autem nominis vel finitionis, cũ quid sit aliquid, & quo nomine afficiendum inuestigamus, vt, Fuerit ne Iulius Cæsar rex an tyrãnus, an dictator? tertia in qua de vtilitate, honestate, æquitate disseritur deque his rebus, quæ his sunt contrariæ, vt, Recte ne fecerit Romulus cum fratrem interfecit? Eius constitutionis partes sunt duæ, quarũ vna absoluta, altera assumptiua nominatur. Absoluta est, cum

Ad Herẽ li.1. Cic. de inuentio. li. 1. & Quĩ. li.7.c.4

id ipsum

id ipsum quod factum est, ut aliud nihil foris assumatur, rectè factum esse dicemus. Ea est eius modi: Pater filium verberauit, is iniuriarum cum patre agit, pater nihil aliud defendit, nisi licere filium à patre verberari. Assumptiua est, cū aliquid necessariò foris assumitur, ut rectè factum esse aliquid confirmemus: ut, Milo dānetur nisi foris assumat, à Clodio sibi esse factas insidias. Hæ tres constitutiones & in exornatione, & in deliberatiane, & in iudicio reperiuntur. In quouis genere causarū tres periūtur tres status.

De ratione, firmamento, & iudicatione. Cap. 13.

Ci in partiti. ad Heren. li. 1. de inuē. lib. 1. & Quint. li 3. ca. 11.

Rationem appellant oratores eam quæ affertur à reo depellēdi criminis causa, quæ nisi esset, quod defenderet, non haberet: firmamentum autem quod cōtra ad labefactandā rationem refertur, sine quo accusatio stare non potest. Ex rationis autem & ex firmamenti conflictione & quasi concursu, quæstio exoritur quædam, quā iudicationem appellant, in qua, quid deueniat in iudicium, & de quo disceptetur quæri solet, hoc modo: Orestes cum cōfiteatur se interfecisse matrē, nisi attulerit rationem, peruerti defensionem: ergo affert eam: Illa enim inquit, patrem meum occiderat. Tum contra rationem defensoris firmamentum ab accusatore subijcitur, hoc modo: Sed nō abs te occidi tamē, neq; in damnatā pœnas pendere oportuit.

Ratio affertur a reo. Firmamētū est quo ratio rei labefactatur. Ex rationis & firmamenti conflictione nascitur iudicatio.

Ex cōiunctione rationis & firmamenti iudicatio constituitur, hoc modo, Cũ dicat Orestes se patris vlciscẽdi causa matrem occidisse, rectum ne fuerit á filio sine iudicio Clytemnestram occidi? Ergo hac ratione iudicationem reperire conuenit, ad quam omnem rationem totius orationis conferri oportebit. Nam primus status diffusam habet quæstionem, rationum veró & firmamentorum contentio adducit in angustum disceptationem. Ea in coniectura nulla est, nemo enim eius quod negat factum, rationem aut potest, aut debet, aut solet reddere. Itaq; in his causis eadem & prima quæstio, & disceptatio est extrema.

Ratio totius orationis ad iudicationem cōferēda est. In cōiectura cadē et prima cō stitutio et iudicatio est extrema.

Quo statu quæstio, quæ in scripto existit contineatur. Cap.14.

SAEpe ex scripti etiam interpretatione existit contentio, quod quatuor modis potest cõtingere. Aut enim defenditur nõ id scriptũ dicere, quod aduersarius velit, sed aliud: id autem contingit cum scriptum ambiguum est, vt duæ differẽtes sententiæ accipi possint. Tũ opponitur scripto volũtas scriptoris. Tum scripto scriptũ contrariũ affertur: aut ex eo quod scriptum est, aliud quoq; quod scriptum nõ est ducimus. Ita sunt quatuor genera quæ controuersiam in omni scripto facere possunt, ambiguum, discrepantia scripti & voluntatis, scriptura contraria,

Quatuor modis in scripto existit controuersia.

Quin.li.7.ca.8. Cice. de inuēt.li.1 Autor. ad Heren.li.1

ratio-

Quin li. *ratiocinatio. Ambiguum hoc modo. Testamento quidã* Ambigui
7. cap. 9. *iussit poni statuam auream hastam tenentẽ: quæritur,* cõtrouer-
Statua hastam tenens aurea esse debeat, an hasta au- sia.
Idem li. *rea in alterius statua materiæ. Ex discrepantia vero* Discrepa
7. cap. 6 *scripti & voluntatis eiusmodi oritur controuersia.* tio scripti
Lex est, Peregrinus si murum ascẽderit, capite punia- & volun-
tur: cum hostes murum ascẽdissent, peregrinus eos de- tatis.
pulit, petitur ad supplicium, ille voluntatẽ allegat scri-
Idem li. *ptoris. Ex contrarijs scripturis hoc modo existit con-* Contra-
7. ca. 7. *tentio: lex est: Vir fortis optato præmium, quod volet:* riæ leges.
& altera lex est, Magistratus ab arce ne discedito:
Magistratus qui fortiter egit, optat hoc præmium, vt
ab arce liceat discedere. lex illi posterior opponitur,
Idem li. *ipse vero priori se tuetur. In ratiocinatione vero quæ-*
7. cap. 8 *ritur, an vbi propria lex non est, simili sit vtendum?*
Lex est, lanas Tarento vehere non liceat: quidam oues
vexit, & si nulla lex certa est quæ factum eius nomi-
natim prohibeat, tamen illa, quæ similis est, accusatur.
Itaq; ex eo, quod certum est, id quod incertum est du-
cit hæc controuersia: quod quoniam ratiocinando fit,
nomen etiam ratiocinationis accepit. Hæc quatuor cõ-
trouersiarum genera, quæ in scripto nascũtur, semper Scripti cõ
in qualitatis statũ cadere cum Cic. debemus existima- trouersiæ
re, vt in primo genere status sit, Vtram æquum sit ex semper in
differentibus sententijs accipi: in secundo verò, Verba qualitatis
ne plus an sententia valere debeant: in tertio, Vtram statũ ver-
legem sequi sit iustius: in quarto, Oporteat ne legem si- santur.
milem ad factum, quod venit sine lege in iudicium, ac-
commodare.

Quo

Quomodo ſtatus tractetur. Cap. 15.

Vtiliſsimũ eſt locos in mẽte & cogitatione defigere.

IVdicatio cum eſt conſtituta, propoſita eſſe debet oratori, quo omnes argumẽtationes, repertæ ex inueniẽdi locis conijciantur, quod ſatis eſt ei, qui videt, quid in quoq́ue loco lateat, quiq́; illos locos tanquã theſauros aliquos argumẽtorũ notatos habet. Quibus in mente & cogitatione defixis & in omni re ad dicẽdũ poſita excitatis, nihil erit quod in vllo dicendi genere, oratorẽ poſsit effugere. Diligẽter tamẽ ordinem, collocationẽq́; argumentorũ attendet, & curabit, vt firmiſsimũ quodq́; ſit primũ, dum ea, quæ excellant, ſeruentur ad extremũ, ſi quæ erũt mediocria (nam vitioſis nuſquam eſſe oportet locũ) in mediã turbã conijciantur. Reliquũ nunc eſt, quando de argumentorũ locis & cauſarũ conſtitutionibus dictũ eſt, vt rationẽ, qua expoliũtur ab oratore argumenta, quorum propria ſedes eſt in cõfirmatione, accuratè doceamus.

Quomodo argumenta debeant collocari.

Vitioſis argumentis nuſquã locus eſſe debet.

De orã. 2.

De argumentatione. Cap. 16.

Quid argumentatio ſit.

ARgumentatio eſt argumenti vel explicatio, vel artificioſa expolitio. Sed ea cõficitur cũ ex locis, de quibus ſuperiori libro dictũ eſt, aut certa, aut probabilia ſumpſeris, ex quibus id efficias probabile, quod aut dubiũ, aut minus probabile

Cicer. in part. Cic. lib. 1 de inũt. Quinti. li. 5 c. 14

babile per se videtur: dubijs enim probari dubia quomodo possunt? Pro certis autē habemus primū quæ sensibus percipiuntur, vt quæ videmus, audimus: deinde ea, quæ cōmuni hominū opinione, atque sententia sunt comprobata: vt, afficiēdos esse honore parētes. Præterea quæ legibus cauta sunt, quæ persuasione si nō omnium hominū, ciuis certè ciuitatis aut gentis, in qua res agitur, in mores recepta sunt: si quid inter vtramq; partem conuenit: si quid probatum est, deniq; cuicūq; aduersarius non cōtradicit. Probabilium autē genera sunt tria, vnum firmißimū, quod ferè accidit. Vt, liberos à parentibus amari: alterū velut propensius, eum qui rectè valeat, in crastinum peruenturum: tertium tantum non repugnans, in domo furtum factum ab eo, qui domi fuit. Ad probandū verò id quod est dubium, an Catilina coniurarit, sumatur illud, quod credibile est: Homines æris alieni magnitudine oppreßos, eos deniq́ue egentes, & sumptuosos, facile adduci vt coniurent: Iam id quod dubium erat, efficitur probabile: Catilinam coniurasse. Sed hæc oratores non tenuiter more dialecticorum, sed copiosißimè expoliunt. Dicitur autem illa argumenti expolitio argumentatio, de cuius quatuor partibus, ratiocinatione, inductione, enthymemate, & exemplo breuiter, & enucleatè disseremus.

Idē li. 5. cap. 10.

Quæ habeantur pro certis

Probabilū genera sunt tria.

De ratiocinatione. Cap. 17.

Ratiocinatio, quam & syllogismum et epicherema græci vocant, constat propositione, cum qua eius ratio iungitur, deinde assumptione & eius probatione, postremo complexione. Propositio est, per quam breuiter locus is exponitur, ex quo omnis vis oportet emanet ratiocinationis. Propositionis veró approbatio est, per quam breuiter id, quód expositum est, rationibus firmatum probabilius, & apertius fit. Assumptio per quam id, quod ex propositione ad ostendendum pertinet, assumitur. Assumptionis approbatio, per quam id, quod breuiter sumptum est, rationibus firmatur. Cōplexio, per quā id, quod cōficitur ex ōni argumētatione breuiter exponitur, hoc modo, sit propositio, Melius gubernātur ea quæ cōsilio gerun tur, quāquæ sinecōsilio administrātur: deīde subijciatur ratio, Exercitus enim is, cui præpositus est sapiēs īpe rator omnibus partibus cōmodius regitur, quam is, qui stultitia & temeritate alicuius administratur. Assūp tio deinde ponitur, Nihil autē omniū rerū melius quā ōnis mūdus administratur. Assūptioni probatio adiun gitur: Nā & signorum obitus, & ortus definitum quē dam ordinem seruant, & annuæ commutationes non modo semper eodem modo fiunt, verum ad vtilitates quoq; rerum omnium sunt accōmodatæ. Tertio loco in ducenda est complexio, quæ id infert, quod ex superio ribus paribus cogitur, hoc modo: Consilio igitur mundus administratur. Hæc vberius & doctius dicuntur in oratione, sed præcipiendi ratio hanc simplicem, & aper

Propositio quid sit.

Propositionis approbatio.

Assūptio.

Assūptionis approbatio.

Complexio.

Cice. de inuēt. li. 1 Quin. li. 5. ca. 14. ad Heren. li. 2.

apertam breuitatem requirit.

Quot sint partes ratiocinationis Cap. 18.

Cic. lib. 1. de inuent. Quint. li 5. ca. 14

EX SVPRADICTIS manifestum est nihil referre siue tripartitam, siue quinque partitam putes esse hanc argumentationem. Commodior tamẽ illa partitio videtur esse, quæ in tres partes distributa est, quod fit si propositionem & eius rationem vnam partem existimemus: alteram verò Assumptionem, & eius exornationem: et si separes propositionẽ à ratione, & assumptionem ab exornatione, in quinque partes distributa erit. Cum propositio ex se intelligitur sine ratione assumenda est. Assumptio etiam cum perspicua est, nullius approbationis indiget. Quòd si & propositio & assumptio perspicuæ sint: vtraque approbatione præterita ratiocinationem conficiemus, hoc modo: Sũmopere virtus expetenda est: At prudentia esse virtutem in cõfesso est. Summopere igitur prudentia expetenda est. Vitare autem similitudinem, quæ satietatis est mater, poterimus, non semper à propositione ordientes, sed interdum à complexione, ab assumptione nonnunquam.

Nihil refert siue tripartitam, siue quinque partitam ratiocinationẽ esse putemus. Rectius existimatur ratiocinatio esse tripartita, quã quinque partita.

Cice. de inuẽ. li. 1

Similitudo, quæ satietatis mater est in argumentationibus vitetur.

Ci. 1 par. & lib 1. de inuẽ.

De Enthymemate. Cap. 19.

Enthymema est syllogismi pars, vel syllogismus imperfectus

ENTHYMEMA EST imperfectus syllogismus, vel vt alij definiunt, syllogismi pars. Ratiocinatio enim tripartita est ex tribus igitur eius partibus si vna prætereatur, bipartita fit argumentatio, quæ est enthymema, vt, Omnes artes sunt expetendæ, igitur expetenda est eloquentia. Intelligitur enim assumptio. Propositione verò prætęrita fit enthymema hoc modo: Eloquentia est ars: igitur est expetẽda. Optimum autem videtur enthymema quod fit expugnantibus, quòd etiam solum enthymema quidam vocant, non quòd non omnis argumẽtatio bipartita proprio nomine enthymema dicatur, sed vt Homerus propter excellentiam cõe poetarum nomen effecit apud Græcos suum: sic cum omnis argumentatio bipartita enthymema dicatur, quia videtur ea, quæ ex contrarijs cõficiatur, acutissima, sola propriè nomen commune possidet. Eius generis est illud Cic. Eius igitur mortis sederis vltores, cuius vitam si putetis per vos restitui posse, noluistis? Et illud Mecipsæ ad Iugurtham apud Salustium. Quem alienum fidum inuenies, si tuis hostis fueris? Enthymemate sæpius vtũtur oratores, quàm ratiocinatione, quod mouit Aristotelẽ, vt enthymema syllogismũ oratorium esse diceret. Enthymema Quintilianus commentum, aut commentationem interpretatur, quo nomine cũ possint omnes animi cogitationes significari, argumẽtatio bipartita signatur. Alij propter ea credũt bipartitam argumentationem enthymema appellatam quòd in animo maneat condita illa pars, quæ silẽtio est præ-

Quint. li.5.ca.1 & .14.

Optimum est enthymema ex pugnantibus.

Quĩt. li 5.ca. 14 C c.in topicis.

Homerus propter excellẽtia commune poetarum nomẽ fecit suum.

Pro Mil

In Iugur.

Enthymema cur oratorius syllogismus dicatur.

Lib.1. Rhe. c 1 & lib.1. post.c.1

Lib.5.c. 10.

Vnde dictũ sit enthymema

præterita.

De inductione. Cap. 20.

INductio est oratio, quæ rebus non dubiis captã assensionẽ auditorũ, quibus assensionibus facit, vt illis dubia quædam res propter similitudinem earum rerũ, quibus assenserint, probetur: vel Inductio est argumentatio, que ex pluribus collationibus peruenit, quo vult, hoc modo: Quod pomum generosissimum? puto quod optimum: & equus? qui velocissimus: & plura in eundẽ modum. Deinde, cuius rei gratia illa proposita sunt: Ita hominum, non qui claritate nascendi, sed qui virtute maximè excellet, erit generosissimus. Hoc genere argumentationis plurimum Socrates vsus est, propterea quód nihil afferre ad persuadendum volebat, sed ex eo quód sibi ille dederat, qui cum disputabat, aliquid cõficere malebat: quod ille ex eo, quod iam concessisset, necessarió approbare debebat, Sed in oratione perpetua dissimile est. Etenim sibi ipsi respondet orator. Poetæ vehemẽter inductione delectantur: Vergilius inducit Aeneam à Sybilla petentem, vt iter doceat ad patrem oratione fictis illa quidẽ fabulis plena, sed qua nihil esse possit vel blandius, vel magis artificiosum: in qua hæc est inductio.

Breuior inductionis definitio.

In Topi. Quint. li. 5. c. 11.

Inductiõe Socrates plurimum vsus est.

Aris. 13. Meta. c. 4.

Cicer. de inuentio. li. 1.

Lib. 6. Aenei.

Si potuit manes arcessere coniungis Orpheus,
Threicia fretus cithara, fidibusq; canoris:
Si fratrem Pollux alterna morte redemit,
Itque reditque viam toties. Quid Thesea? magnum
Quid memorem Alcidẽ? & mi genus ab Ioue summo.

Sed maximè omnium eam frequentauit Ouidius, apud quem & multa & præclara sunt exempla: nos vno erimus contenti. Probat ille ad cõsolãdam vxorẽ hac inductione, asperas res & tristes segetem ac materiã esse gloriæ.

Materiamq́; tuis tristem virtutibus imple Trist. li. 4. ele. 3
Ardua per præceps gloria vadit iter.
Hectora quis nosset, felix si Troia fuisset?
Publica virtutis per mala facta via est.
Ars tua Tiphy iacet, si non sit in æquore fluctus:
Si valeant homines, ars tua Pœbe iacet.
Quæ latet, inq́; bonis cessat non cognita rebus,
Apparet virtus, arguiturq́; malis.

Quæ sint in hoc genere cauẽda. *Hoc in genere duo sunt diligenter cauenda, primũ vt illud, quod inducemus pro similitudine, eiusmodi sit, vt sit necesse concedi. Deinde vt illud cuius confirmandi causa fiet inductio, simile ijs rebus sit, quas res quasi non dubias ante induxerimus.*

De exemplo. Cap. 21.

Exemplũ est inductio imperfecta. *Exemplum est inductio imperfecta, vel quod idem est, Inductio Rhetorica. Cicero pro Milone Negant intueri lucem esse fas ei, qui ab se hominem esse occisum fateatur: in qua tandem vrbe hoc homines stultissimi disputant? nempe in ea, quæ primũ iudicium de capite vidit M. Horatij fortissimi viri, qui nondum libera ciuitate, tamen Po. Ro. comitijs liberatus est, cum sua manu sororem esse interfectam fa-* Ari. rhe 1. c. 2. & li. 2. c. 20. Quint. li. 5. c. 11

Locis su pradi- ctis & li. 2. prior c.24. & li.1. post capit. 1.

teretur. Aliqui Aristotelem summum in omni scientia virum, temere ausi sunt reprehendere, quod exemplum genus argumẽtationis fecerit sed magnus ille vir & acuta mente præditus, maius quiddam perspexit, ni mirum exemplum esse argumentum quidem à similitudine, sed in argumentationis genus, quod à ratiocinatione, & inductione sine cõtrouersia differt. Enthymema autem esse non potest, cũ in enthymemate semper generale aliquid vel ponatur, vel intelligatur: in exemplo vero ex vna re singulari alia inducatur. Vnde fit vt sit quartum argumentationis genus, quod ea ratione ab inductione separatur, qua enthymema à syllogismo disiungitur.

Recte Aristoteles exemplum argumentationis partẽ esse dixit.

Exẽplum ex vna re singulari, aliã inducit.

De epicheremate. Cap. 22.

QVamuis argumentationis partes omnes sint iam expositæ, tamen operæprecium fuerit, quid epicherema, quid Sorites, quid Dilemma sit, explicare. Nam authores, & quidẽ grauissimi eorum mẽtionem fecerunt. Ea vbi explicata fuerint, facile intelligitur, cur nouæ argumentationis partes non debeant existimari. Epicherema igitur Græci aliquando argumentationẽ vocant, nonnunquã eam argumentationis partem, quam Cicero ratiocinationem appellauit, de qua paulò ante dictum est. Aliquando etiam epicherema vocant breuiter comprehẽsam ratiocinationem, cuius omnes partes in vnam conferuntur, hoc modo: Sine causa dominum seruus accuset?

Quīti. li.5.c.14

Epicherema est aliquando breuiter cõprehẽsa ratiocinatio.

ſet? Similis enim eſt locus apud Ciceronem pro rege Deiotaro, quem ſeruus apud Cæſarem accuſabat: En crimen: en cauſa, cur regem fugitiuus, dominumſeruus accuſet. Vbi vehemens argumentum Epicheremate inclusum & inuolutum eſt. Erit autem abſoluta ratiocinatio ſi hoc modo euolueris. Sine cauſa nō debet dominum ſeruus accuſare: hic medicus eſt ſeruus Deiotari: non igitur debet ſine cauſa dominum accuſare. Pro rege Deiot.

De Sorite. Cap. 23.

Sorites contra multas argumentationes aceruatim conuoluit, atq; complectitur, vndè nomen etiam inuenit. Cicero ſcripſit de eo in libro de diuinatione his verbis: Si neceſſe ſit, inquit, latino verbo liceat, acerualem appellare: ſed nihil opus eſt, vt enim ipſa philoſophia & multa verba Græcorum, ſic ſorites ſatis latino ſermone tritus eſt. Pulchrum in primis eſt eius exemplum apud eundem Ciceronem. Atque ſi etiam hoc natura præſcribit, vt homo homini quicunq; ſit, ob eam ipſam cauſam, quòd is homo ſit conſultum velit, neceſſe eſt ſecundum eandem naturam, omnium vtilitatem eſſe communem. Quod ſi ita eſt, vna continemur omnes, & eadem lege naturæ: idq; ipſum ſi ita eſt, certe violare alterum lege naturæ prohibemur: verum autem primum, verum igitur & extremum. Sed apertiſſimé concludit ſorites ille, Lib. 2. 3. Offic.

Niſi ſorites eſſet latino ſermone tritus poſſet a cerualis appellari

Vulgo appellatur argumētatio a primo ad vltimum.

In. 5. Tuscul. *qui est in quinta Tusculana, propositum enim erat probare. Quod esset honestum, id solum esse bonum, id autem sic probat: Etenim quicquid sit, quod bonum sit, id expetendum: quod autem expetendum, id certe approbandum: quod verò approbandum, id gratum acceptumq́; habendum: Ergo etiam dignitas ei tribuenda est. Bonum igitur omne laudabile. Ex quo efficitur, vt quod sit honestum, id sit solum bonum. In quo sorite cum per sex quasi gradus ad complexionem perueniatur, quinq́; ratiocinationes inclusæ sunt. Sed hoc argumentandi genus sæpe solet esse fallax atq́; captiosum, dum enim minutatim & gradatim multa adduntur, periculosissima respondenti tela texitur, vt exere igitur oportet, & seorsum singula considerare, sic facilius vniuersa frangentur. In hoc disputandi genere frequentes fuerunt Stoici, & Zeno qui eorum inuentor & princeps fuit. Sed maxime omnium illo delecta tus dicitur Chrysippus, vt Socrates inductione.*

Sorites sæpe fallax est atq; captiosus. — Cicer. in Acad. — Quomodo sit soriti resistendum. — Persius. Saty. 9.

De Dilemmate. Cap. 24.

Cap. de inuen. 1. Orat. 1.

Dilemma est, in quo vtrum concesseris reprehenditur. Cicero patriam cum Catilina sic agentem inducit: Quam obrem discede, atq́; hunc mihi timorem eripe: si verus ne opprimar: sin falsus, vt tandē aliquādo timere desinā. Et in epistola ad Quintū fratrē: Si implacabiles sūt iracūdiæ summa est acerbitas: sin autē exorabiles: sūma leuitas.

Quid sit dilemma. — Vnde dictum sit dilemma.

Dictum est autem dilemma, quòd ita vtrinq; premat, ac vrgeat, vt ex altera parte capiat aduersarium, qua de causa cornutus etiam syllogismus vocatur sic enim argumentationis cornua in eo disponuntur, vt qui alte rum fugerit, in alterum incurrat. Cicero complexionem appellat. Ea si verà est, nunquam reprehendetur: sin falsa duobus modis diluetur, aut conuersione, aut al teris partis infirmatione. Cum viderem, inquit Varro apud Ciceronem, philosophiam Græcis literis diligentissimè explicatam, existimaui, si qui de nostris eius stu dio tenerentur, si essent græcis literis eruditi, græca po tius, quam nostra lecturos: sin à græcorum artibus & disciplinis abhorrerent, ne hæc quidem curaturos, quæ sine eruditione græca intelligi nõ possunt: Itaq; ea scri bere nolui quæ nec indocti intelligere possent, nec docti intelligere curarent. Hoc dilemma deinde Cicero in eum conuertit hoc modo: Imò verò & latina legent qui græca non poterunt, & qui græca poterunt, non cõ temnẽt sua. Veterum scriptis celebrata est conuersio ea, qua Euathlus discipulus Protagoræ præceptoris di lemma elusit. Alterius partis infirmatione reprehẽde retur, si diceret Cicero: Et si doctis minus esset necessa rium, tamen doctis latine scribendo consuli debere. Non est autem, cur quisquam existimet complexionẽ genus esse argumentationis à quatuor illis, de quibus su pra dixi, diuersum. Est enim ratiocinatio impefecta, quæ à duabus partibus contrarijs ducitur, cui si assum ptionem subiũxeris, efficies ratiocinationem perfectã hoc modo: Si implacabiles sunt iracundiæ, summa est

acer-

Marginalia (left): Dilemma Ciceroni est cõplexio. / Cõplexio falsa duobus modis diluitur. / Euathlus cõuertit ipræcepto rem Protagorã ipsius dilẽma. / Quomodo ex dilẽmate fit ratiocinatio perfecta.

Marginalia (right): De inuẽ lib 1. / In Acad / Gellius. lib. 5. c. 10.

acerbitas: sin autẽ exorabiles, summa leuitas: Sed vel implacabiles sunt iracundiæ, vel exorabiles: igitur in illis summa est acerbitas, vel summa leuitas.

De confutatione, Cap. 25.

Quĩt. li 5. ca. 13. *Expositis generibus argumentionum, reliquum est, vt rationem, qua refutãdæ ac reprehendendæ illæ sunt, ostendamus. Refutatio dupliciter accipi potest. Nam & pars defensoris tota est posita in refutatione: & quæ dicta sunt ab aduersario debent vtrinq; dissolui, & hæc est propriè reprehensio, quam cum confirmatione, vsu, et natura, & tractatione coniunctam esse diximus. Est autem reprehensio, per quam argumentando aduersariorum confirmatio diluitur, aut infirmatur aut eleuatur. Hæc fonte inuentionis eodem vtetur, quo vtitur confirmatio: propterea quód quibus ex locis aliqua res cõfirmari potest, ijsdem potest ex locis infirmari. Qua re inuentionem & argumentationum expolitionẽ sumptam ex illis, quæ ante præcepta sunt, hanc quoque in partem orationis transferri oportebit. Sed vt facilius ea, quæ cõtradicentur, diluere, aut infirmare poßimus obseruare debemus, aut totum esse negandum, quod in argumẽtatione aduersarius sumpserit, si perspicue falsum erit: vt Pro Cluẽtio Cicero eum, quem dixerat accusato epoto poculo concidiße, negat eodem die mortuum: aut redarguenda esse ea, quæ pro verisimilibus sumpta sunt. Primũ dubia sumpta esse pro certis, dein*

Refutatio dupliciter accipi potest.

Cicer. 2. De ora.

Quid refutatio sit.

De inuẽ. li. 1.

Eodem inuentionis fonte vtũtur cõfirmatio & cõfutatio

Quint. li. 5. c. 13

Quæ sint obseruanda, vt, quæ cõtra dicuntur diluere as ut infirmare poßimus.

Cicer. In part.

de etiam in perspicue falsis eadem posse dici. Tum ex iis quæ sumpserint non effici, quæ velint. Accedere autem oportet ad singula, sic vniuersa facilius frāgentur.

Quomodo sint argumētationes oratoriæ tractandæ. Cap. 26.

IN oratione insunt aliquando & ratiocinationes breuiter conclusæ, & aperta enthymemata & inductiones, atq; exempla subtili quadam & breui oratione comprehensa. Quod vt reprehendendum non est, ita diligentissime est curādum, ne syllogismorum & enthymematum turba conferta oratio sit: dialecticis enim disputationibus, quam oratoriis actionibus erit propior ac similior, quod longe aliter esse debet. Locuples enim, & speciosa vult esse eloquentia: quorum nihil consequetur, si conclusionibus certis & crebris, & in vnam propè formam cadentibus concisa, & contemptum ex humilitate, & odium ex quadam seruitute, & ex copia satietatem, & ex amplitudine fastidium tulerit. Feratur igitur non semitis, sed campis: non vti fontes angusti fistulis colliguntur, sed vt latissimi amnes totis vallibus fluat: ac sibi viā, si quando non acceperit, faciat. Adhibeatur in argumentando varietas, & iucunda quædam distinctio: figuris verborum, & ornamentis sententiarum argumē tatio expoliatur. Quo fuerit enim vberior, ac suauior, eo etiam erit credibilior. Nunc sequitur vt de peroratione

Quint. li. 5. ca. 14.

Oratio nō debet syllogismorū & ēthymematū turba esse cōferta.

Locuples & speciosa vult esse eloquentia.

In argumētando varietas est adhibēda.

Cice. in parte.

tione dicamus.

De peroratione. Cap. 27.

Cicero. in part. Quint. lib. 6. c. 1. De orat. 2. Cice. de orat. 2. Quinti. lib. 6. c. 2. Hora in arte poeti.

Per orationis duæ sunt partes, amplificatio & enumeratio. Affectus sūt in exordio & per orationē frequentissimi in narratione et cōfirmatione breuiores. In peroratione penitus incitandi sunt auditores. Magnam vim habet omnium regina rerum oratio.

Extrema pars orationis est peroratio, quæ diuisa est in duas partes, amplificationem, & enumerationem. Augendi autem, & hic est proprius locus in perorando, & in ipso cursu orationis declinationes ad amplificandum dantur, confirmata re aliqua aut reprehēsa. Omnes enim affectus etiam si quibusdam videntur in proemio atq; peroratione sedem habere, in quibus sane sunt frequentissimi, tamen aliæ quoq; partes recipiunt, sed breuiores, vt cum ex his plurima sint reseruanda. At hic si vsquam totos eloquentiæ aperire fontes licet, hic demũ efficiendum est oratori, vt nō modo auditores qui sua sponte se dant & quo impellit ipse, inclinant atque pro pendent, penitus incitentur, sed vt quietos etiam & languentes possit vi orationis permouere. In quo & si plus est operis, tantam vim habet tamen illa, quæ recte à bono poeta dicta est Flexamina, atque omnium regina rerum oratio, vt non modo inclinantem erigere, aut stantem inclinare, sed etiam aduersantem et repugnãtem, vt imperator bonus ac fortis, capere possit. Quod vsq; eo magnum est atq; præclarum, vsq; eo admirabile, vt in eo pene sint omnia. Ad id autem consequendum, quæ superiore libro de amplificatione dicta sunt, valde conducunt: Sed illud caput est, in quo optimi & grauissimi authores vna voce consentiunt,

vt

Ad motionem animi auditorum caput est, eum, qui dicit, commoueri. ut omnes animi motus, quos orator adhibere volet auditoribus, in ipso oratore impreßi sint atque inusti. Neq; enim facile est perficere ut incitentur alij, nisi is qui dicit, ijs ipsis sensibus, ad quos illos adducere vult permoueatur. Ut enim nulla materies tam facilis ad exardescendum est, quæ nisi admoto igni, ignem concipere poßit: sic nulla mens est tam ad comprehendendam vim oratoris parata, quæ poßit incendi, nisi inflammatus ipse ad eam & ardens accesserit. Primum est igitur ut apud eum, qui dicit valeant ea, quæ valere apud auditores velet: afficiaturq; priusquam afficere conetur. Nihil autem opus est simulatione et fallacijs, ut toties omni animi motu cōcitetur orator. Ipsa enim natura orationis eius, quæ suscipitur ad aliorum animos permouendos: oratorem ipsum magis etiam quam quenquam eorum, qui audiunt, permouet: Miram etiā vim habet in hoc ipsum imagines rerum absentium ita complecti animo, ut eas cernere oculis, ac præsentes habere videamur, has quisquis bene conceperit, is erit in affectibus potentißimus. Hæc, quæ dicta sunt, vera esse indicant multæ Ciceronis perorationes, ut pro Milone, ubi ait: Sed finis sit: neque enim præ lacrymis iā loqui poßum, & hic se lacrymis defendi vetat. Et pro C. Rabirio Posthumo: Sed iam quoniam, ut spero, fidē, quam potui, tibi præstiti Posthume, reddam etiam lacrymas, quas debeo. Et Paulo post: Iam indicat tot hominum fletus, quam sis charus tuis, & me dolor debilitat, includitque vocem, Alijs autē affectibus aliæ eiusdem perorationes sunt plenæ. Enumeratio autē uō nun-

Qua ratione moueatur is qui dicit.

Quin. li. 6. cap. 2.

Ci. in perorando fuit vehementißimus.

Pro. Milo.

Pro C. Rabirio Posthumo.

Cicer. In part.

Cicer. In part. nunquam laudatori, suasori non saepe, accusatori saepius quàm reo est necessaria. Huius tempora duo sunt si aut memoriae diffidas eorum, apud quos agas, vel intervallo temporis, vel longitudine orationis: vel si frequentatis firmamentis vim est habitura causa maiorem: Quae autem repetimus, quàm breuissimè dicenda sunt, & quod graeco verbo patet, decurrendum per capita nā si morabimur, non iam enumeratio, sed altera quasi fiet oratio. Quae autem enumeranda erunt, cū pōdere aliquo dicenda sunt, & aptis excitanda sentētijs figuris vtiq; varianda: alioqui nihil est odiosius recta illa repetitione, velut memoriae auditorum diffidentis. Est etiam in enumeratione vitandum, ne ostentatio memoriae suscepta videatur esse puerilis.

Quinti. li.6. c.1

Cicer. In part.

Enumeratio laudatori nōnūquam, suasori nō saepe, accusatori saepius quā reo est necessaria.

Enumerationis duo sunt tempora.

Quae enumerantur cū pondere aliquo dicenda sunt & varietate

DE ARTE
LIBER. III.

De Eloquutione .Cap. 1.

PRoximo libro ratio inuenta collocandi atque disponẽdi explicata est. Hic iam elocutionis rationem tractabimus, in qua oratorẽ excellere, cætera in eo latere indicat nomẽ ipsum. Nõ enim inuentor, aut cõpositor aut actor hæc complexus est omnia, sed & græce ab eloquendo Rhetor, & latinè eloquens dictus est. Cæterarum enim rerum quæ sunt in oratore, partem, aliquam sibi quisque vendicat, dicendi autem, id est eloquendi maxima vis huic soli conceditur. Eloqui autem est, omnia quæ mente cõceperis, promere, atq; ad audiẽtes proferre. Sine quo superuacua sunt priora, & similia gladio condito atque intra vaginã hærenti. Hoc itaque maximè doceiur: hoc nullus nisi arte assequi potest: huc studiũ adhibendũ: hoc exertitatio petit, hoc imitatio, hic omnis ætas consumitur: hoc maximè orator oratore præstantior. Ideoq;. M.T. inuentionem quidem ac dispositionẽ prudentis hominis putat, eloquẽtiam oratoris. Eum au

Cic. in crat.

Et apud Græcos, & apud Romanos ab eloquẽdo nomen accepit orator.

Quint. lib.8. in procm.

Quid sit eloqui.

Cætera omnia superuacua sunt sine elocutione.

De ora. 2.

tem

tem eloquentem idest in eloquendo excellentem putat, qui ita dicit, vt probet, vt delectet, vt flectat. Sed pro bare necessitatis est, delectare suauitatis, flectere ve rò victoriæ. Hæc cum ita sint, meritò tertius hic liber, qui elocutionis præcepta continet, vt duobus superiori bus vtilior est, sic etiam erit aliquanto longior.

In orat.

Eloquens est qui ita dicit, vt probet, vt delectet, vt flectat.

Quæ in elocutione spectanda sint. Cap. 2.

HAEc in elocutione spectanda sunt, vt latinè, vt planè, vt ornatè, vt ad id, quodcunq; agetur aptè, congruẽterque dicamus. De ratione puri, dilucidique sermonis, & si permagni eã facere debemus, cum verborum delectus origo sit eloquentiæ, lo cus hic præcidendi non est. Nã traditur literis doctri naque puerili, & consuetudine sermonis quotidiani, & lectione veterum oratorum & poetarum confirma tur. Reliquas igitur duas partes, quibus omnis admiratio ingenij, omnis laus eloquentiæ continetur, explicemus: quæ duæ partes, illustrãdæ orationis ac totius eloquentiæ cumulandæ, quarum altera dici postulat ornatè, altera aptè, hanc habent vim, vt sit quàm maxi mè iucunda, quàm maximè in sensus eorum qui audiũt influat, & quàm plurimis sit rebus instructa.

3. de orat.

Cæsar autore Cicerone in Bruto.

Quatuor in elocutione spe ctanda sunt.

Verborũ delectus origo est eloquẽtiæ

Omnis eloquẽtiæ laus cõtinetur in apte atque orna te dicẽdo.

De ornatu. Cap. 3.

Orna

De orat. 3.

Ornatur igitur oratio genere primum, & quasi colore quodam & succo suo, nam ut grauis, ut suauis, ut erudita sit, ut liberalis, ut admirabilis, ut polita, ut sensus, ut dolores habeat quantum opus sit non est singulorum articulorum, in toto spectantur hæc corpore. Genus igitur dicendi est eligendum, quod maxime teneat eos, qui audiant, & quod non solum delectet, sed etiam sine satietate delectet. Sed volenti ornatè dicere diligentißimè sylua rerum primum, sententiarumq; comparanda est.

Genus dicẽdi eligẽdum est quod sine satietate delectet.

Rerũ copia verborũ copiã gignit.

Rerum enim copia verborum copiam gignit, & si est honestas in rebus ipsis, de quibus dicitur, existit ex rei natura quidam splendor in verbis, facileq; suppeditat omnis apparatus, ornatusq; dicendi.

De ornatu orationis. Cap. 4.

Cicer. 3. orat. in Part. Quin. li. 8. cap. 3.

Ornatus orationis aut est in singulis verbis, aut inconiunctis.

Omnis oratio cõficitur ex verbis quorũ primũ nobis ratio simpliciter videnda est, deinde cõiuncte. Nam est quidã ornatus orationis qui ex singulis verbis est alius, qui ex cõtinuatis cõiũctisque constat. Ergo vtemur verbis, aut ÿs quæ propria sunt & certa quasi vocabula rerum, pene vna nata cũ re-

dus

bus ipsis, aut ijs quæ nouamus & facimus ipsi.

De verbis simplicibus. Cap. 5.

3. de orat. in part. Quīt. li. 8. cap. 3.

Verba simplicia alia sunt cōsonantiora, grandiora & nitidiora.

Verba simplicia natura sunt, alia consonantiora, grandiora, leuiora, & quodā modo nitidiora, alia contra. Consonātio ra enim sunt, quanquam, moderatio, et concertare, quā, & si, modestia, & cōfligere. Grandiora immanis, cōtrucidare, optimus, officiosissimus, quā hæc, magnus, necare, bonus, officiosus. Nitidius etiam bos, quàm vacca. Vt syllabæ autē è literis melius sonantibus clariores sunt, ita verba è syllabis magnis vocalia: & quo plus quæque spiritus habet, eo pulchrior: & quod facit syllabarum, idem verborum quoque inter se copulatio, vt aliud alijs iunctū melius sonet. In vniuersum quidem optima simplicium creduntur, quæ aut maximè exclamant, aut sono sunt iucundissima. Et honesta quidem turpibus potiora semper nec sordidis vnquam in oratione erudita locus. Clara verò, ac sublimia materiæ modo cernenda sunt. Quod enim alibi magnificum, tumidum alibi: & quæ humilia circa res magnas, apta circa res minores videtur: & sicut in oratione nitida notabile est humilius verbum, et velut macula, ita à sermone tenui sublime nitidumque discordat, fitque corruptum, quia in plano tumet. Sed ferè aurium quodam iudicio sunt pōderāda, in quo consuetudo etiam bene loquendi valet plurimum.

Optima simpliciū quæ aut maxime exclamāt aut sono sunt iucūdissima.

Cicero & Quī ex Arist. rhet. li. 3. c. 7.

Verba clara & sublimia materiæ modo cernenda sunt.

Verba simplicia iudicio aurium sunt ponderāda.

mum. Sed quoniam tria sunt in verbo simplici, quæ orator afferat ad illustrandam atque exornandam orationem, aut inusitatum verbum, aut nouatum, aut translatum, de singulis breuiter dicamus.

De verbis inusitatis. Cap. 6.

Quæ sūt verba inusitata.

Vergilius mirifice vsus est verbis inusitatis.

Poeticum aliquod verbum si raro & in loco adhibeatur, dignitatem habet in oratione.

INusitata sunt prisca ferè ac vetusta, & ab vsu quotidiani sermonis iam diu intermissa, quæ sunt poetarum licētia liberiora, quàm oratorum, eoque ornamento acerrimi iudicij P. Vergilius vnicè est vsus, olli enim, & quia nam, & pone, pellucent, & aspergunt illam, quæ etiam in picturis est gratissima, vetustatis inimitabilem arti authoritatē. Habet etiam in oratione poeticum aliquod verbum dignitatem, si raro etiā & in loco adhibeatur. Neque enim est, cur illud quisquā fugiat dicere, vt Cœlius, sobolem aut effari, aut nuncupari, & alia multa: quibus loco positis grandior atque antiquior oratio sæpe videri solet.

3. de orat.

Quīt. li. 8. c. 3. Aen. 1. & 2.

De verbis nouis. Cap. 7.

Quatuor modis verba nouantur.

NOuantur autem verba, quæ ab eo qui dicit ipso gignuntur, ac fiunt, aut similitudine, aut imitatione, aut inflexione, aut adiunctione verborum. Similitudine: vt syllaturit, à Cicerone formatum est: & ab Asinio, fimbriaturit, ad similitudinem verbi

3. de orat.

Ad Atti. li. 9. in epist. 12.

pro

Dec. 3. li. 0. Li. 4. car. vde. 7. Geor. 2. & Aen. 9.

proſcripturit: & à Liuio, ſoboleſcere, ab Horatio, iu ueneſcere, à Vergilio lenteſcere, & igneſcere dictum eſt, vt ferueſcere. Imitatione facta ſunt tinnio, rugio, clangor, murmur, aliaq; permulta. Inflexione, vt à bibo biboſus, inflexit Laberius Mimographus. Adiunctione verſutiloquus, & expectorare, nouauit Ennius.

Tinnio, rugio clāgor, murmur, aliaq; permulta imitatione ſunt nouata.

Quinti. li. 8. c. 3

Sed græcis magis cōceſſum eſt fingere, audendum tamen aliquando, & ſi quid perículoſius finxiſſe videbimur quibuſdam remedijs præmuniēdum eſt, Vt ita dicam, Si licet dicere, Quodam modo, Permitte mihi ſic dicere. In quo non falli iudicium noſtrum, ſolicitudine ipſa manifeſtum erit, nunc quoniam de verbis inuſitatis & nouis dictum eſt, de tropis, nam illis verba trāſferuntur, exponamus.

Græcis magis cōceſſū eſt fingere quā latinis.

Quibus remedijs præmuniantur, quæ periculoſius finxiſſe videbimur.

De tropis, Cap. 8.

Quinti. li. 8. c. 6.

TRopus eſt verbi, vel ſermonis à propria ſignificatione in aliam cum virtute mutatio: vt cum dicimus, lætas ſegetes, verbum, lætus, à propria ſignificatione, qua lætos homines dicimus, ad ſegetes cum virtute transfertur. Sunt autem tropi numero vndecim. In vno verbo ſeptem, Metaphora, Synecdoche, Metonymia, Antonomaſia, Onomotopæia, Catachreſis, Metalepſis. In oratione verò quatuor Allegoria, Periphraſis, Hyperbatō, & Hyperbole: de quibus tametſi non dum de eo dicamus ornatu, qui ex coniunctis continuiſq; verbis conſtat,

Quid tropus ſit.

Tropi numero ſūt vndecim, ſeptem in vno verbo, quatuor vero oratione.

breuiter scribemus, ne iterum de tropis differere cogamur.

Transla tio cũ frequentissimus tropus est, tum lõge pulcherrimus. Trãslationem genuit necessitas, iucunditas celebrauit.

De Metaphora. Cap. 9.

INcipiamus igitur ab eo, qui cum frequentissimus est, tum longe pulcherrimus, translatione dico, quæ Metaphora græcè vocatur. Latissimè enim patet. Eam necessitas genuit inopia coacta, & angustijs, post autem delectatio iucunditasque celebrauit. Nã vt vestis frigoris depellendi causa reperta primo, post adhiberi cepta est ad ornatum etiam corporis, & dignitatem: sic verbi translatio instituta ist inopiæ causa, frequẽtata delectationis. Est autem translatio cum nomen, aut verbum trãsfertur ex eo loco in quo proprium est, in eum, in quo proprium deest, aut translatum proprio melius est. Id facimus aut quia necesse est, aut quia significãtius, aut decentius. Nam gemmare vites, luxuriem esse in herbis, lætas segetes etiam rustici necessitate dicunt. Oratores durum hominem aut asperum. Nõ enim propriũ erat, quod darent his affectionibus nomen. Iam incensum ira, inflammatum cupiditatẽ, & lapsum errore, significãdi gratia. Nihil enim horum suis verbis, quam his accersitis magis proprium erat. Illa ad ornatum, lumen orationis, & generis claritatem, & concionum procellas, & eloquentiæ flumina, vt Cicero pro Milone: Clodium fontem eius gloriæ vocat, & alio loco segetem, ac materiam. Illud autem admirandum videtur,

Aristo. rhe lib. 3. ca. 2. Quĩt. li 8. c. 6. 3. de oratore ad Her. li. 4. Quĩt. li. 8. c. 6.

Quidtrãslatio sit.

Traslato verbo vtimur quia necesse est, aut quia significantius, aut quia decẽtius est.

Pro Mil.

3. de orat.

tur, quid sit quòd omnes translatis, & alienis magis delectantur verbis, quàm proprijs & suis. Nam si res suum nomen & proprium vocabulum non habet, vt pes in naui, vt in vite gẽma, necessitas cogit, quod non habeas, aliunde sumere: sed in suorum verborum maxima copia, tamen homines aliena multò magis, si sunt ratione translata, delectãt. Causa autem illa est, quòd translatio est similitudo ad vnum verbum contracta, similitudine autem mirificè capiuntur animi. Eo tamẽ distat, quòd illa comparatur rei, quam volumus exprimere, hæc pro ipsa re dicitur. Comparatio est, cum dico fecisse quid hominem vt leonem. Translatio, cum dico de homine, leo est.

Aristo.6 Top.c.2 & rhe.3 cap. 4. Quint.li 8.c.6. Cicero.3 de orat.

Mirãdum est cur homines tãtopere delectentur trãslatione, & eius rei causa. Trãslatio est similitudo ad vnũ verbũ cõtracta.

Quotuplex sit translatio. Cap. 10.

Trãslationis vis est quadruplex.

Quint.li 8.c.6. Dec. 4. li. 7.

METaphoræ autem vis omnis quadruplex est. Cum in rebus animalibus aliud pro alio ponitur: vt Liuius Scipionem à Catone allatrari solitum refert. In anima pro aliis generis eiusdem sumuntur, vt concentu virtutum nihil est suauius. Aut pro rebus animalibus in anima, vt.

In rebus animalibus aliud pro alio ponitur. Inanima ponuntur pro inanimis, aut pro rebus animalibus inanima aut contra.

Aen.6. *Duo fulmina belli*
Scipiadas. Aut contra.
Sedet inscius alto.
Aenei.2 *Accipiens sonitum saxi de vertice pastor.*

Præcipueq; ex his oritur mira sublimitas, quæ audaci & proxime periculũ translatione tolluntur, cũ rebus sensu

sensu carentibus actum quendam & animos damus, qualis est.

Pontem indignatus Araxes, Aen. 8.

Et illa Ciceronis: Quid enim tuus ille Tubero districtus in acie pharsalica gladius agebat? cuius latus ille mucro petebat? qui sensus erat armorum tuorũ? In trãslatione primum fugienda est dissimilitudo, qualis est in illo Ennij, Cœli ingentes fornices. Deinde videndũ est ne longe simile sit ductũ: Syrtim patrimonij, scopulũ libentius dixerim: Charibdim bonorum: voraginem potius. Facilius enim ad ea, quæ visa, quã ad illa quæ audita sunt, mentis oculi feruntur. Sunt quædam & humiles translationes, vt, Saxea est verruca: quædã maiores, quàm res postulat, vt, Tempestas comessationis: quædam minores, vt, comessatio tempestatis. Vt modicus autem atq; opportunus eius vsus illustrat orationem, ita frequens, & obscurat & tædio complet: continuus verò in allegoriam, & ænigma exit. Quòd si vereare ne paulò durior translatio esse videatur, molliẽda est præposito sæpe verbo, vt, Siolim M. Catone mortuo pupillum senatum quis relictum dicat: paulò durius sin: Vt ita dicam pupillum, aliquãto mitius est. Etenim verecunda debet esse translatio, vt deducta esse in alienum locum, non irruisse, atque vt precariò, non vi venisse videatur. Diligenter etiam cauendum est, ne omnia quæ poëtis permissa sunt, conuenire orationi putemus: nec enim pastorẽ populi, autore Homero dixerĩ nec volucres pẽnis remigare, licet Vergilius in apibus ac Dædalo speciosissimè sit vsus. Modus autẽ nullus est

Pro lig. — *Quæ sint in transla tione fugienda.* — *3. de orat.* — *Quint. li. 8. c. 6.* — *Frequens vsus translationis exit in allegoriam & ænigma.* — *3. de orat.* — *Quint. li. 8. c. 6.* — *Quomodo durior metaphora molliri debeat.* — *Multæ poetis permissæ sũt metaphoræ, quæ oratori nõ cõueniũt.* — *Quint. li. 8. c. 6.* — *Geor. 4. & Aene. 9.*

flo-

florentior in singulis verbis, nec qui plus luminis afferat orationi, eoque in illo explicando meritó longiores fuimus.

De Synecdoche. Cap. 11.

Synecdoche tropus est, in quo ex parte totum, aut contra, aut ex antecedentibus sequentia intelliguntur. Quæ descriptio octo illos modos comprehendit, qui bus fit synedoche, quos grauissimi scriptores tradiderũt. Ex parte totum intelligitur, vt ex puppi nauis: ensis ex mucrone, aut ex tecto domus. Quid sit synedoche. Octo modi synecdoches ab autoribus traditi, ad quatuor reuocantur.

In cat. 3 or. *Cicero: Mucrones eorum à iugulis nostris reiecimus. Huc pertinet, cum vel ex vno plures significantur. Liuius: Romanus prælio victor: & Vergilius:*

Aen. 2. Hostis habet muros.

Vel genus ex forma, idest parte illi subiecta, Verg.

Dentesq; Sabellicus exacuit sus.

Pro quouis sue: vel ex materia res vniuersa: qua ratione & ferrum pro gladio, & pinus pro naui, & aurum atq; argentum pro aurea & argentea pecunia sumitur. Cicero: homines instructi & certis locis cum ferro

Pro Cecinna. *collocati. Contra veró ex toto pars declaratur, vt in illo Vergilij.*

Fontemq; ignemq; ferebant.

Aen. 12. *De quo genere est, cũ aut è pluribus vnus intelligitur. Cicero ad Brutum, Populo, inquit imposuimus, &*

oratores visi sumus: cum de se tantū loqueretur: Aut è genere pars illi subiecta, Vergilius.

Prædamq́; ex vnguibus ales. An. 12.

Proiecit fluuio. Pro Aquila.

Ex antecedentibus sequentia monstrantur: vt cum ait idem poeta,

Aspice aratra iugo referunt suspensa iuuenci. Aeg. 2.

Vt ex his perspicuū est, quæ hoc & proximo capite dicta sunt, Translatio ad mouendos animos, & res pe nè sub oculos subijciēdas reperta est, at synedoche ad locupletandum sermonem pertinet. Quin. li. 8. ca. 6

De Metonymia. Cap. 12.

Metonimia quid sit.

Omnes modi quibus fit metonymia ad quatuor revocantur.

Metonymia est tropus, in quo causas per effecta, vel effecta per causas, vel ex eo, quod continet, id quod cōtinetur, vel rem è signo intelligimus. Per causas effecta declaramus cum inuentor, aut alicuius rei author, pro re inuenta ponitur, Verg.

Oneranté; canistris. An. 18.

Dona laboratæ Cereris.

Hoc modo Platonem, Aristotelem, Demosthenem frequenter pro eorum scriptis ponimus. Cicero: Legisse Platonem studiose, audiuisse etiam Demosthenes dicitur. Ex effectis autem causa significatur, cum sacrilegium deprehensum & scelus dicimus pro scelerato. Hinc mæstum timorem, tristem senectutem, & pallidam mortem eleganter optimi dicunt authores.

Verg.

Aen. 1. Verg. Mæſtumq; timorem. Mittite.

Horatius.

Pallida mors æquo pulſat pede pauperum tabernas,
Regumq; turres.

Ex eo quod continet, id quod continetur venuſte etiã intelligitur. Sic bene moratæ vrbes vocantur, ſic ſeculum felix: ſic Roma pro Romanis, Athenæ pro Atheníenſibus frequenter ponuntur, Verg.

Aen. 7. Cœlo gratiſſimus amnis. Ideſt, Cœleſtibus.

De ora. *Cicero: Vt omitam illas omnium doctrinarũ inuentrices Athenas, in quibus ſumma dicendi vis et inuẽta*

De clar. ora. *eſt & perfecta. Athenas dixit pro Athenienſibus. Huc referuntur etiam illa, cum ex poſſeſſore res, quæ poßidetur: aut ex duce exercitus ſignificatur, Verg.*

Iam proximus ardet

Aen. 2. Vcalegon. Ideſt. Vcalegontis domus.

Sic hominem deuorari, cuius patrimonium deuoratur: & ab Annibale apud Cannas cæſa ſexaginta milia diximus, ideſt ab eius copijs. E ſigno deniq; res mõſtratur: vnde toga, quæ pacis erat inſigne & otij. pro pace: & faſces vſurpantur pro magiſtratu. Verg.

Gtor. 2. Non illum populi faſces, non purpura Regum
Flexit.

Metonymiam, vt ait Cicero, Rhetores hypallagen vocant.

De Antonomaſia.
Cap. 13.

Antonomasia quid sit.

Antonomasia ponit aliquid pro nomine, vt, Euersor Carthaginis & Numantiæ pro Scipione, et Romanæ eloquẽtiæ princeps, pro Cicerone. Epithetõ autẽ, siue latinè malis dicere appositũ, nõ est tropus, quia nihil vertit. Necesse est enim semper, vt id, quod est appositũ, si à proprio diuiseris, per se significet, & faciat Antonomasiã. Nã si dicas, Ille qui Carthaginem & Numantiã euertit, Antonomasia est: si adieceris, Scipio, appositũ. Apposito et frequentius & liberius poetæ vtuntur, namq; illis satis est conuenire verbo, cui apponitur: & ita, Dentes albi, & humida vina, apud eos non reprehendũtur. Apud oratorem nisi aliquid efficitur, redundat. Tum autem efficitur, si sine illo, quod dicitur, minus est, qualia sunt, ò scelus abominandum, ò deformẽ libidinem. Exornatur autẽ res tota maximè translationibus: Cupiditas effrænata, & insanæ substructiões. Solet etiã fieri alijs adiunctis Epitheton tropis, apud Vergiliũ: Turpis egestas, & tristis senectus. Verũtamen talis est ratio huius virtutis, vt sine appositis nuda sit & velut incõpta oratio, ne oneretur tamẽ multis. Nam fit longa, & impedita.

Epithetõ nõ est tropus.

Quomodo differat epitheton ab antonomasia.

Orator quãdo epithetis vti tur.

Arist. li. 3. rhet. ca. 3. & Quĩt. li. 8. ca. 6.

Aen. 6.

Apposito rũ vsus sit in oratione moderatus.

De Onomatopœia. Cap. 14.

Onomatopœia vix latinis permittitur.

Onomatopœia id est fictio nominis græcis inter maximas habita virtutes, latinis vix permittitur. Ab his tamẽ plurima sunt per ono-

Quĩt. li. 8. ca. 6.

onomatopœiam posita, qui primi sermonẽ fecerunt aptantes affectibus nomen. Nam mugitus & sibilus, & murmur, & vagitus, aliáq; quàm plurima inde venerunt. At nũc raro & cum magno iudicio hoc genere vtendum est, ne noui verbi aßiduitas odiũ pariat: sed si cõmode quis eo vtatur, & raro, non modo non offendet nouitate, sed etiam exornabit orationem.

De Catachresi. Cap. 15.

Quit. li 8. cap. 6 CAtachresis, quam rectè dicimus abusionem, non habentibus nomen suum, accommodat quod in proximo est. Sic, Quid sit catachresis.

Equum diuina Palladis arte Aedificant.

Et, Pyxides, cuiuscunq; materiæ sunt, & parricida matris quoq; aut sororis interfector dicitur. Valde similis est metaphoræ, sed ab ea tamẽ distinguitur, quòd abusio nomẽ ex vicina ac finitima re accommodat alteri rei, quæ sine nomine est: metaphora verò, etiã si nomen non deest, vndecũq;, modo similitudinem res habeat, alienum nomen asciscit. Quid tam propinquũ patris interfectori, quam matris aut sororis aut fratris interfector? ergo is, quia nomen latino sermone nõ hẽt per abusionẽ parricida vocatur. Quid rursus magis se iũctum, quã arbor atq; Respublica, quæ florere verbo ab arbore trãslato dicitur? Vnde apparet duos hos tropos ita similes esse, vt tamen sint diuersi.

De Metalepsi. Cap. 16.

Su-

Metalepsis est rarissimus tropus & maxime improprius.

Svperest ex his, qui aliter significant, Metalepsis, id est, transumptio ex alio in aliud velut viam prestans. Tropus autem est rarissimus, & maximè improprius, Vergilius. Quīt.li 8.c.5.

Post aliquot mea regna videns mirabor aristas. Aegl. 1.

Gradatim enim ab aristis ad spicas, à spicis ad segetes ab his ad æstates, ab æstatibus ad annos acceditur. Idē etiam poeta in primo libro Aeneid. sic ait. Quī ibi dem.

Speluncisq; abdidit atris. Geor. 1.

Vbi speluncæ nigræ, ac per hoc crassis & obscuris tenebris circunfusæ, ad extremū deniq; infinita altitudine depressæ intelliguntur.

De allegoria. Cap. 17.

Quid sit allegoria

Allegoria, quam inversionem interpretamur aliud verbis, aliud sensu ostendit, ac etiam interim contrarium, Vergilius.

Sed nos immensum spatijs confecimus æquor:
Et iam tempus equum spumantia soluere colla.

Oratio recipit etiā allegoriā sed raro totam.

Allegoria mista in oratione frequens est.

Habet vsum talis allegoriæ frequenter oratio, sed raro totius, plerūque apertis permista est. Tota apud Cic. talis est: Hoc miror enim querorq́ue quenquam hominem ita pessundare alterum verbis velle, vt etiam naue per foret, qua ipse nauiget. Illud cōmistum frequentissimū. Equidē cæteras tēpestates, & procellas in illis dumtaxat fluctibus concionum, semper Miloni putaui esse subeundas: nisi adiecisset, fluctibus concionum, Pro Mil.

esset

esset allegoria, nunc eam miscuit. Illud verò longè speciosissimũ genus orationis in quo triũ permista est gratia, similitudinis, allegoriæ, & translationis. Quod fretum, quem Euripum tot motus, tãq; varias habere crebitis agitationes, commutationes, fluctus, quantas perturbationes, & quãtos æstus habet ratio comitiorum. Dies intermissus vnus, aut nox interposita sæpe perturbat omnia, & totam opinionem parua nonnunquam commutat aura rumoris. Nam id quoque in primis est custodiẽdum, vt quo genere cæperis translationis, hoc desinas. Multi enim cum initium à tempestate sumpserunt, incẽdio, aut ruina finiunt, quæ est inconsequẽtia rerum fœdissima. Cæterum allegoria paruis quoq; ingenijs, & quotidiano sermoni frequẽtissime seruit, nam illa in agendis causis trita: Pedem conferre, et iugulũ petere, & Sanguinem mittere, inde sunt. Allegoria quæ est obscurior, ænigma dicitur, vitium perfecto, siquidem dicere dilucide virtus, quo tamen & poeta vtuntur Vergilius.

Pro Mur.

Speciosissimũ genus orationis est quod constat allegoria, similitudine & trãslatione.

Quid in allegoria custodiendum sit.

Allegoria in quotidiano sermone est frequentissima.

Aenigma est obscurior allegoria.

Aegl. 3. Treis pateat cœli spatium non amplius vlnas.

Et oratores nonnunquam, vt, in Triclinio Coa, in cubiculo nola.

De Ironia. Cap. 18.

Ari. rheto. Alexã. cap. 20. & Quint. li 8. c. 6.

IRonia, quam illusionem vocat, allegoria est quæ non solum aliud sensu, aliud verbis ostẽdit, sed contrarium. Ea aut pronũtiatione intelligitur, aut persona, aut rei natura. Nam si qua earum

Quid ironia sit, eã aut, ad Her. lib. 4. vocat permutationem.

rum verbis dissentit: apparet diuersam esse orationi volũtatem, Cic. in Clodium: Integritas tua te purgauit mihi crede: pudor eripuit, vita ante acta seruauit, & Turnus apud Vergilium.

Meq; timoris
Argue tu Drance, quando tot cædis aceruos
Theucrorum tua dextra dedit. Aen. 11.

De Periphrasi. Cap. 19.

Quid sit periphrasis, eã autor adher circuitionem vocat. Periphrasis est apud poetas frequentissima.

Cum pluribus verbis, id quod vno, aut paucioribus dici potest, explicatur, Periphrasin vocant, circuitũ loquendi, qui est apud poëtas frequentissimus. Vt Quit. li 8. cap. 6

Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris
Incipit, & dono diuum gratissima serpit. Aen. 2.

Et apud oratores non rarus, semper tamen astrictior, quicquid enim significari breuius potest, & ornatu latius ostenditur, periphrasis est. Verum vt cum decorẽ habet periphrasis, ita cum in vitium incidit perissologia dicitur, obstat enim quicquid non adiuuat.

Periphrasi contraria perissologia.

De Hyperbato. Cap. 20.

Hyperbatõ tropus solis poetis conceditur.

Hyperbaton idest transgreßio, tropus est solis poëtis concessus, qui etiam verborum diuisionem, & transgreßionem faciunt, Vergilius.

Hyperboreo septem subiecta trione. Geor. 3.

Quod oratio nequaquam recipiet. Est autem diligẽter animaduertendum, hyperbaton, vbi nihil ex significatione mutatũ est, sed structura sola decoris gratia variatur, tropum non esse, id quod tropi definitio declarat. Hyperbatõ est tropus quando componitur ex duobus intellectibus

De hyperbole. Cap. 21.

Hyperbole est ementiens superiectio, cuius virtus est ex aduerso par augendi ac minuendi, Vergilius. Hyperbole valet ad augendũ & minuendum.

Aen. 1. Geminique minantur In cœlum scopuli.

Ae. 5. Et, Fulminis ocyor alis.

Cicero in Antonium, Quæ Charybdis tam vorax? Charybdim dico, quæ si fuit, fuit animal vnũ: Oceanus medius fidius vix videtur, tot res, tam dissipatas, tam distantibus locis positas, tã cito absorbere potuisse. Illud Vergilij adminuendum.

Eg. 2. Vix ossibus hærent.

Sed tam in augendo quàm in minuendo, seruetur, mensura quædam. Quãuis est enim omnis hyperbole vltra fidem, non tamen esse debet vltra modum. Hyperbole non debet esse vltra modum.

De ornatu qui est in verbis coniunctis. Cap. 22.

3. de orat. *Sequitur continuatio verborum, quæ duas res maximè collocationem primùm, deinde modũ quẽdã formãq; desiderat. Tũ & verbis & sententijs oratio conformanda est, de quibus*

post

post tropos aptissimè dicemus, deinde de collocatione, postremo de modo & forma, id est numeris qui sunt adhibendi in oratione differemus.

De figuris. Cap. 23.

Quid sit figura.

Quod sit discrimen inter tropos, & figuras.

Tam verbis proprijs quam trãslatis figuratur oratio.

Quin. li. 9. ca. 1.

Figura (sicut nomine ipso patet) est conformatio quædã orationis remota á cõmuni, & primum se offerente ratione. Differt autẽ á tropis figura, quia proprijs verbis figura fieri potest, quod in tropos non cadit: vt, Fuit hoc quondam, fuit proprium populi Romani: figura est in verbo geminato in sua significatione permanente. Illud tamen notandum coire frequenter in easdem sententias & tropum & figurã. Tam enim translatis verbis quàm proprijs figuratur oratio, vt, Qui spem Catilinæ mollibus sententijs aluerunt, coniurationemq; nascentem corroborauerunt. Aluerunt, & corroborauerunt translata sunt, & similiter desinentia, similiterq; cadentia.

De generibus figurarum. Cap. 24.

Figuræ vel sunt in verbis vel in sententijs.

Sicut omnem orationem, ita figuras quoque necesse est versari in sensu, & in verbis. Vt vero natura prius est concipere animo res, quàm enunciare: ita de ijs figuris ante loquendum esset, quæ ad mẽtem pertinent: sed facilitatem

Auo.ad Her. li. 4. tem secuti, de figuris verborũ prius dicemus. Est autẽ verborum exornatio, quæ ipsius sermonis insignita cõ tinetur perpolitione. Inter conformationem verò verborum & sententiarum hoc interest, quòd verborum conformatio tollitur, si verba mutaris: sententiarũ per manet quibuscunq; verbis vti velis: vt, Nunc verò quid agat, quid moliatur, quid deniq; quotidie cogitet quem ignorare nostrum putat? Repetitio est verborum figura, & interrogatio figura sententiarum (persæpe enim vnus & idem locus, & verborũ & sententiarũ ornamentis illuminatur) muta verba, Quid agat, & moliatur, ac deniq; quid cogitet quem ignorare nostrũ putat? Repetitio tollitur, interrogatio permanet, semperq; permanebit quibuscũq; verbis vti velis. Sed quo niam parum inter autores conuenit de numero & nominibus figurarũ, & in ea etiam magna discrepantia est, quod aliquæ à quibusdam inter verborũ ponũtur, quæ ab alijs inter sententiarum ornamẽta numerãtur nos mediam viam secuti, ea de quibus grauissimorum scriptorum maior consensus est, explicabimus.

Quid sit verborum figura.

3. de orat. Quo pacto verborũ figuræ a figuris sententiarũ distinguantur.

Parũ conuenit inter autores de numero & nominibus figurarum.

Quot modis fiant figuræ verborum. Cap. 25.

Quin. li. 9. ca. 3 Figuræ verborum tribus maximè fiunt modis, per adiectionem, detractionẽ, similitudinem. Per adiectionẽ, vt Cice ro pro Milone: Occidi occidi non Spurium Melium, quo loco, verborũ, occidi figu

Pro Mil.

Figuræ verborũ tribus maxime fiũt modis.

rate geminatum est. Per detractionem etiam fiunt figuræ, in quibus multum est venustatis: Cice. in Catilinam: Abijt, excessit, erupit, euasit, vbi coniunctiones prætermittuntur. Sed tertium genus figurarum quod quandam vocum habet similitudinem, & aures præci pue in se vertit, & animos excitat, Cicero in oratore Itaque efficis, vt cum gratiæ causa nihil facias, omnia tamen sint grata, quæ facis. Inu e c.2 In orat.

Figuræ quæ vocũ habẽt si militudi nẽ aures in se præ cipue ver tunt.

De figuris quæ fiunt per adiectionem. Cap. 26.

Anaphora l. Epibole. Acri ter & in stãter ab eodẽ ver bo incitur sæpius oratio.

Repetitio est cum ab eodem verbo ducitur sæpius oratio, vel vt Cicero describit, Est eiusdem verbi crebra á primo repetitio. Quod acriter & instanter fit, Cicero in Catilinam, Nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas, quod ego non modo audiã, sed etiam videam, planeque sentiam. Idem contra Rullum: Quid enim est tam populare, quam pax? qua non modo ij, quibus natura sensum dedit, sed etiam tecta atque agri mihi lætari videntur. Quid tam populare, quam libertas? quam non solum ab hominibus, verum etiam à bestijs expeti, atq; omnibus rebus anteponi videtis. Quid tam populare, quam otium (quod ita iucundum est, vt & vos, & maiores vestri, & fortissimus quisq; vir maximos labores suscipiendos putet, vt aliquando in otio poßit esse, præsertim est imperio ac dignitate.

Aut. ad Her. li. 4. Quĩt. li 9. cap. 3. de orat. In orat. Inuec. 1.

Phil. 2. Conuersio est cum in idem verbum coniicitur sæpius oratio, Cicero in Antoniũ, Doletis tres exercitus populi Romani interfectos? Interfecit Antonius. Desideratis clarissimos ciues? eos quoq; eripuit vobis Antonius. Autoritas huius ordinis afflicta est? Afflixit Antonius.

Complexio est, quæ repetitionem & cõuersionẽ complectitur. Qui sunt, qui federa sæpe ruperunt? Carthaginenses. Qui sunt, qui crudele bellũ in Italia gesserunt? Carthaginẽses. Qui sunt, qui Italiam deformauerunt? Carthaginẽses. Qui sunt, qui sibi postulãt ignosci; Carthaginenses. Cicero pro lege agraria: Quis legem tulit? Rullus. Quis maiorem populi partem suffragiis priuauit? Rullus. Quis comitiis præfuit? idẽ Rullus.

Conduplicatio est verborum geminatio, quæ habet interdum vim, leporẽ alias. Gemināur autẽ verba modis pluribus, aut enim adiungitur idẽ iteratum, vt Cicero in Catilinã, viuis & viuis non ad deponendã, sed ad cõfirmandã audaciã. Aut & idẽ ad extremũ refertur: Cicero in verrẽ, Multi & graues dolores inuẽti parẽtibus, & propinquis multi. Aut cõtinenter vnum verbum non in eadem sententia ponitur: Cicero pro Ligario, Principum dignitas erat penè par, nõ par fortasse eorum qui sequebantur: Aut post aliquam interiectionem repetuntur. Cic. Bona, miserũ me (consumptis enim lachrymis tamen infixus animo hæret dolor) bona inquam Cn. Pompeii acerbissimæ voci subiecta præconis. Possunt quoq; media respondere, vel primis, vt Vergil.

Inuec. 1. — Act. 7. — Phil. 2. (marginal references)

Aliquãdo cõtinẽter idem verbum in diuersis ponitur sententiis

Media verba possunt primis respõdere.

Te nemus Angiciæ, vitreatæ Fucinus vnda. An. 7.

Aliquãdo sententia tota repetitur. Vel vltimis: Cicero in Verrem, Hæc nauis onusta ex præda Siciliensi: cum ipsa quoq; esset ex præda. Interim sententia tota repetitur. Cicero in eadem act. Quid Cleomenes facere potuit? non enim possum quendam in simulare falso. Quid inquam Cleomenes magnopere facere potuit? Ille verò apud Ciceronẽ locus est pulcherrimus, in quo & primo verbo longo interuallo redditum est vltimum, & media primus & medijs vltima congruunt. Vestrum iam hic factũ reprehenditur P.C. non meum: ac pulcherrimum quidem factum, verũ vt dixi non meum sed vestrum.

Locus apud Ciceronẽ pulcherrimus.

Traductio est cum verba paululum immutata ponuntur. Cicero, Homines te propter pecuniam iudicio liberarunt: hominibus iniuria tui stupri dolori nõ fuit: Homines tibi arma, alij in me, alij post in illum inuictum ciuem dederunt: hominum beneficia prorsus cõcedo tibi. Et pro Archia: Pleni sunt omnes libri, plenæ sapientum voces, plena exemplorum vetustas.

Synonimia est cum verba idem significantia congregantur. Quæ cum ita sint Catilina, perge quo cœpisti, egredere aliquando ex vrbe, patẽt portæ, proficiscere. Et alio libro: Abijt, excessit, erupit, euasit. Nec verba modo, sed sensus quoque idem facientes aceruantur, Perturbatio istum mentis & quædam scelerum offusa caligo, & ardentes furiarum faces excitarunt.

Inuec. 1.

Inuec. 2.

Pro Mil.

Nõ verba modo, sed sẽsus quoque idem facientes aceruantur.

Polysyndeton est schema quod coniunctionibus abũdat.

Tectum

Geor. 3. Tectumq; laremq;
Armaq; Amyclæumq; canem, cressamq; pharetram.

GRadatio repetit quæ dicta sunt, & priusquam ad aliud descendat in pluribus resistit. Vel vt cũ Cicerone definiamus, Gradatio est, cum gradatim sursum versus reditur. Africano virtutem industria, virtus gloriã, gloria æmulos cõparauit. Cicero pro Milone: neq; verò se populo solum, sed etiam senatui cõmisit: nec senatui modo, sed publicis præsidijs et armis: neq; his tantum, sed etiam eius potestati, cui senatus totam Remp. cõmisit. In tertio loco, cum dicẽdum fuisset: nec publicis præsidijs & armis tantum: consulto, quoniam id longum erat & insuaue, pro eo dixit: neq; his tãtum. Hæc figura apertiorem hab et artem & magis affectatam, ideoque esse rarior debet.

De figuris verborum, quæ fiunt per detractionem. Cap. 27.

Figuræ q̃ per detractionem fiũt, noui tatis breuitatisq; gratia maxime petuntur.

Quit. li 9. ca. 3. Ci. 3. De orato. in orato. aut. ad Her. li. 4.

SEquuntur figuræ, quæ per detractionẽ fiunt quæ breuitatis nouitatisq; maximè gratia petũtur, quarum vna est synedoche, nõ tropus ille, de quo dictum antea est, sed verbõrum figura, cum subtractum verbum aliquod satis ex cæteris intelligitur, vt Cicero ad Brutũ: Sermo nullus scilicet nisi de te, quid enim potius?

Crebra crebris per antithetõ opponũtur.

Deprou. cons.

DIssolutio, quam articulum alij vocant, est cũ dempris coniũctionibus dissolute plura dicũtur. Cicero

 sit

Dißolutio nō in ſingulis modo verbis ſit, ſed ſētentijs etiam.

Sit in eius tutela Gallia, cuius virtuti, fidei, felicitati cōmēdata eſt. Aptā eſt hæc figura non in ſingulis modo verbis, ſed ſententijs etiam, vt Cicero pro Archia: Hæc ſtudia adoleſcentiam alunt, ſenectutem oblectāt ſecundas res ornant, aduerſis perfugium præbent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiſcum, peregrinantur, ruſticātur. Dißolutionis autem, & Polyſyndeti fons vnus eſt, quia acriora faciunt, quæ dicuntur, & vim quandam præſe ferentia velut ſæpius erumpentis affectus.

Pro Archia.

Dißolutionis & polyſyndeti vnus eſt fons.

De polyſyndeto dictū eſt cap. ſuperiori.

Tribusmodis adiunctio fit.

ADiunctio eſt in qua vnum ad verbū, quod primū aut poſtremum collocatur plures ſententiæ referūtur, quarum vna quæq; deſideraret illud, ſi ſola poneretur. Fit autem præpoſito verbo ad quod reliqua reſpiciāt, hoc modo: Vicit pudorē libido, timorem audacia, rationem amentia: aut illato, quo plura clauduntur. Nec.n. is es Catili. vt te, aut pudor vnquam à turpitudine aut metus à periculo, aut ratio à furore reuocauerit. Medium quoq; poteſt eſſe quod et prioribus & ſequentibus ſufficiat, vt formæ dignitas, aut morbo deflore ſcit, aut vetuſtate. Quod cum fit, Coniūctio figura eſt.

DIſiunctio (quā perſpicuitatis gratia, quoniā ſuperioribus contraria eſt, hoc loco tradimus) eſt cum eorū, de quibus dicimus, vnumquodque certo cō cluditur verbo. Cicero pro Archia: Me autē quid pudeat, qui tot annos ita viuo, Iudices, vt ab illis nullo me vnquā tēpore, aut cōmodū, aut ociū meū abſtraxerit, aut voluptas auocarit, aut denique ſomnus retardarit.

Et in eadem oratione. Homerum Colophonij ciuem esse dicunt suum, Chij suum vendicant, Salaminij repetunt, Smyrnæi verò esse suum confirmant. Homerũ multæ ciuitates su um ciuem esse dicut.

In orat. Synecdoche, cuius & Cicero & Quintilianus meminerunt, non tropus modò de quo ante dictum est, sed verborum etiam est exornatio. Ea fit cum subtractum aliquod verborũ satis ex cæteris intelligitur: Præcisionem vocat autor ad Her. Cicero ad Brutum: Sermo nullus scilicet nisi de te. Quid enim potius? simul enim intelligitur in priori quidem parte, est, in posteriori verò, faciamus, aut aliquid simile. Differt ab Aposiopesi, quæ sententiarum est exornatio, quod in ea vnum verbum, & manifestum quidem desideretur, vt in superiori exemplo, & in illo etiam Ciceronis: Data Lupercalibus, quo die Antonius Cæsari: vbi nihil aliud intelligi potest quàm hoc diadema imposuit. At in Aposiopesi aut incertum est, quod tacetur, aut certe longiore sermone explicandum. Sinchiostis est quæ duas res diuersas colligat, hoc modo: Tam deest auaro, quod habet, quàm quod non habet. Synecdoche dif fert ab aposiopesi.

De figuris verborum tertij generis. Cap. 28.

Cic. 3. de orat. & in orat. Quit. li 9. cap. 3 Aut. ad Her. li. 4. Tertium est genus figurarum, quæ aut similitudine vocum, aut paribus, aut contrarijs, vertunt in se aures, & animos excitant.

Annominatio, quã Græci Paronomasiã vocant, est cum paululum immutata verba, atq; deflexa, in oratione ponuntur. Ea multis & varijs ratio-

Multis & varijs rationibus fit paronomasia.

nibus cōficitur: Adiectione hoc modo, Cicero pro Cluē- Pro Cluen.
tio: Si in hac calamitosa fama, quasi in aliqua pernicio-
sissima flāma. Et, Emit morte immortalitatem. Detra-
ctione sic, contra eum qui se legationi immoriturū di-
xerat, pater Quintiliani, non exigo vt immoriaris le-
gationi, immorare. Commutatione, hoc modo: Cicero in Inuec. I.
Catilinam, Hanc reipublicæ pestem paulisper repri-
mi, non in perpetuum comprimi posse. Translatione: Vi-
dete Iudices vtrum homini nauo, an vano credere ma-
lutis. Hæc figura leuis alioqui sententiarum pondere im-
plenda est. Merito igitur illa exempla vitandi potius,
quam imitandi gratia ponit Quintilianus, Auium dul-
cedo ducit ad auium, & non Pisonum, sed pistorum:
pessimum verò, Ne patres cōscripti, circum scripti vi-
deantur. &, Raro euenit, sed vehementer venit, alia-
que similia.

Paronomasia pōdere sententiarū implenda est.

Similiter cadēs exornatio est, cum in eosdem casus Pro lege
verba cadunt. Græci Homoioptoton appellant. Ci- Man.
cero, Ac primum quanta innocentia debēt esse im-
peratores? Quanta deinde omnibus in rebus temperan-
tia? Quanta felicitate? Quanto ingenio? Quanta huma- Pro Archia.
nitate? Et alibi, Hunc ego non diligam? non admirer?
non omni ratione defendēdum putem? Similiter cadēs
est in illis verbis, Diligam, admirer, putē. Nam & ver-
borum vt nominum sui etiam sunt casus.

Similiter cadēs non solū est in nominibus, sed etiam in verbis.

Similiter desinens est cum siue casus sint in verbis,
siue non, tamen similes exitus sunt: Cicero, vt eius Pro lege
semper voluntatibus non modo ciues assenserint, so- Manil.
cij obtēperarint, hostes obedierint, sed etiā vēti, tēpe-
states-

Pro Mil. statesque obsecundarint. Et pro Milone, Non modo ad salutem eius extinguendam, sed etiam gloriam per tales viros infringendam. Differt hæc figura à superiori: est enim similiter cadens, tantum casus similis, etiam si dissimilia sint, quæ declinentur, ac similiter desinens in eosdem exitus cadit, vt, Audacter territas, humiliter placas. Atq; eo fit, vt similiter cadēs in verbis & nominibus tantum esse possit, cum, similiter desinens non modo in his, sed in illis etiam, quæ declinari nō possunt, reperiatur, vt proximū declarat exēplū.

Similiter cadēs, & similiter desinens quomodo differant.

Compar Græci vocant Isocolon, habet mēbra orationis, quæ constant ex pari ferè numero syllabarum. Hoc non de enumeratione nostra fiet, nam id quidem puerile est. Sed tantum affert vsus & exercitatio facultatis: vt animi quodam sensu par membrum superiori referre possimus. Cicero pro lege Manilia: Extrema hyeme apparauit, ineunte vere suscepit, media æstate confecit. Loquitur autem de bello, quod Pōpeius gessit contra piratas.

Pro lege Manil.

Animiquodā sensu sine nostra enumeratiōe compar fit.

Contra positum autem, vel, vt quidam vocāt, Contētio (antithetō græcis dicitur) non vno fit modo. Nam & fit, si singula singulis opponūtur, vt, Vicit pudorē libido, timorem audacia, rationem amentia. Et bina binis, Non nostri ingenij vestri auxilij est. Et sententiæ sententijs: Odit populus Romanus priuatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit. Nec semper contrapositum subiūgitur, vt in hoc Ciceronis pro Milone, Est enim hæc Iudices nō scripta, sed nata lex. Sed crebra etiā crebris opponūtur, vt in eo, quod sequitur

Cice. pro Cluen. Ibidem. Pro Mur.

Singula singulis opponuntur per cōtentionem. Binabinis opponuntur per cōtentionem.

quam non dicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expreßimus. Sunt qui dam autores, qui duplicem faciunt contentionem, unã verborum quam Antithesin apellant, sententiarũ alteram, quam Antitheton vocant. Eas autem ita discernunt, ut contentionem verborum figuram esse dicant, cum ex verbis contrarijs conficitur oratio, ut, Inimicis te placabilem, amicis inexorabilem præbes: sententiarum veró cum sententiæ contrariæ ex comparatione referuntur. Sed cum Quintilianus Ciceronẽ secutus Antitheton inter verborum numeret exornationes, & discrimen illud tenue sit & exile, satis esse debet, quod de contentione dictum est. Magnæ veteribus curæ fuit, gratiam dicendi è quatuor his proximis figuris acquirere. Gorgias in hoc immodicus, copiosus utique prima ætate Isocrates fuit. Delectatus est his etiam Marcus Tullius, verum, & modum adhibuit non ingratæ (nisi copia redundet) voluptati, & rem alioqui leuem sententiarum pondere impleuit. Nam per se frigida, & inanis affectatio, cum in acreis incidit sensus, innata videtur esse, non accersita. Et quoniam contra positum sæpe fit assumpta pariter commutatione, de ea hoc loco dicamus.

Veteres ex quatuor proximis figuris sunt au cupati gratiã dicẽdi Cicero optime usus est his figuris.

Pro legẽ Manil. Pro Mil.

Commutatio est cum duæ sentẽtiæ inter se discrepantes ita efferuntur, ut à priore posterior cõtraria priori proficiscatur: Non ut edã vivo, sed ut vivam edo. Item, poema loquens pictura est, pictura tacitum poema debet esse. Et apud Ciceronem: Ut & sine inuidia culpa plectatur, & sine culpa inuidia ponatur.

uocatur Graẽ ἀντιμεταβολή

Poema est loquẽs pictura.

natur. Hæc de verborum figuris dicta sint in quibus illud notandum est, multas earum cadere frequenter in easdem sententias, idque cum magna venustate. Cicero: Si quantum in agro locisq; desertis audacia potest, tantum in foro ac iudicijs impudentiæ valeret. Compar est, & similiter cadens: Non minus nunc in causa cederet Aulus Cecinna Sexti Ebutij impudentiæ, quàm tunc in vi facienda cessit audaciæ. Compar similiter cadens, similiter desinens. Accedit & ex illa figura gratia, qua mutatis casibus verba repetuntur. Non minus cederet, quàm cessit.

Pro Cer

Multæ verborũ figuræ in eandem sentẽtiam sæpe cadunt.

Figura illa est traductio

Quid verborum figuræ orationi conferãt, & quid in eis cauendum sit. Cap. 28.

Quit. li 3. ca. 3

Si quis autem parce, & cum res poscit, verborum figuris vtatur, iucundiorem faciet orationem. Qui verò immodicè & sine iudicio eas adhibuerit, ipsam illam gratiam varietatis ammittet. Danda igitur opera est, vt nec multæ sint supra modum, nec eiusdem generis, aut iunctæ aut frequentes: quia satietas vt paucitate earum, ita varietate quoque vitatur. Quod de his verborum figuris quæ nobiles sunt atq; insignes intelligendum est, nõ de illis quæ valde sunt vsitatæ, ac vulgares, quæ etiã si sunt crebriores, consuetas aures minus feriunt. Ridiculum etiam est neglecto rerum pondere, & viribus sententiarum, inania verba in hos modos deprauari.

Figuræ verborum immodice adhibẽdæ non sunt.

Figuræ verborum non sint multæ, nõ iunctæ, nõ frequẽtes

Cum

Cum.n.figuræ ſint quaſi quidam geſtus orationis, eas ſi ne ſententia ſectari tam eſt ridiculum, quam quærere habitum geſtumque ſine corpore. Nõ ſunt etiam nimis denſandæ. Sciendum verò imprimis, quid quiſq; in orã do poſtulet locus, quid perſona, quid tẽpus. Maior. n. pars harum figurarum poſita eſt in delectatione: vbi vero atrocitate, inuidia, miſeratione pugnãdũ eſt, quis feret cõtrapoſitus, & pariter cadentibus, & conſimi libus iraſcentem, flentem, rogantem? Cum in his rebus cura verborum deroget affectibus fidem, & vbicũque ars oſtentatur, veritas abeſſe videatur.

De figuris ſententiarum. Cap. 30.

Quid ſit ſententia rũ figura.

Maiora ſunt ſentẽ tiarũ or namenta quã verbo rum.

Demoſthe nes cur o ratorum princeps iudicetur.

NVnc res ipſa monet, vt deinceps ad ſen tentiarum exornationes tranſeamus. Eſt autem ſentẽtiarum exornatio, quæ non in verbis, ſed id ipſis rebus quãdã habet dignitatem. Atque ea de cauſa ſententiarum ornamẽta maiora ſunt. Quo genere, quia præſtat omnibus Demoſthenes, id circo à doctis orato rum eſt princeps iudicatus. Schemata ea vocant Græ ci, quæ maxime ornent orationem, eaque vt definitio demonſtrat, non tam in verbis pingendis põdus habẽt quam in illuminandis ſententijs. Nec aliud quicquam eſt dicere, niſi omnes aut certe pleraſque aliqua ſpe cie illuminare ſententias.

Cic. 3. de orat. & in orat. Quin. li. 9. ca. 3 autor ad Her. lib. 4. Rufi nianus, Aquila & Ruti lius.

Inter-

Inuec.1. INterrogatio figura est quoties non sciscitandi gratia assumitur, sed instandi: Quo usq; tandem abutere Catilina patientia nostra? et, Patêre tua consilia non sentis? Et totus deniq; hic locus, Quanto. n. magis ardet, quam si diceretur? Diu abuteris patientia nostra: et, patent tua consilia. Interrogamus etiam, quod negari non possit. Cicero pro Cluentio: dixit ne tandem causam C. Fidiculanus falcula? Aut ubi respondendi difficilis est ratio, ut vulgo uti solemus: Quomodo? Qui fieri potest? aut inuidiæ aut miserationis, ut Sinon apud Vergilius.

Pro Cluen.

Varijs de causis interrogatione, quæ sententiarum est figura, utimur.

Aen. 2. Heu quæ nunc tellus, inquit, quæ me æquora possunt. Accipere?

Conuenit etiam indignationi.

Aen. 1. Et quisquam numen Iunonis adoret?

Et admirationi.

Aen. 3. Quid non mortalia pectora cogis. Auri sacra fames?

Est interim acrius imperandi genus.

Aen. 4. Non arma expedient, totaq; ex urbe sequentur?

Et ipsi nosmet rogamus: Quale est illud Turni apud Vergilium:

Aen. 7. Quid agam: aut quæ iam satis ima dehiscat Terra mihi?

RESponsio figura est cũ aliud interroganti ad aliud quia sic utilius sit, occurritur, tum augendi criminis gratia: Ut testis in reum rogatus an à reo fustibus vapulasset? Et innocens, inquit, Tum declinandi, quod est frequentissimum, Quæro an occideris hominem? responde

ſpondetur latronem.

SVbiectio eſt, cum orator vel interrogat ſeipſum, et reſpondet ſibi: vel cum alium rogauerit, non expectat reſponſum, vt Cicero pro Ligario: Apud quem igitur hoc dico? nempe apud eum, qui cum hoc ſciret, tamen me antequam vidit, Reipublicæ reddidit. Et do mus tibi deerat? at habebas, pecunia ſuperabat? at egebas. Sunt autem interrogandi, & reſpondendi ſibi non ingratæ vices. Pro. Lig. In orat.

OCcupatio, quam Quintilianus Præſumptionem, Græci Prolepſin dicunt, eſt cum id quod obijci poteſt, occupamus. Huc pertinet illa Ciceronis præmunitio contra Quint. Cæcilium, quòd ad accuſandum deſcẽdat, qui ſemper defenderit. Verborũ quoque vis ac proprietas confirmatur, vel præſumptione: Quãquã illa non pœna, ſed prohibitio ſceleris fuit, vel reprehẽſione, quam alij correctionem appellant. In diui.

Reprehẽſio, quam alij correctionẽ vocant, eſt occupationis genus quoddam.

COrrectio eſt quæ tollit ſententiã aliquam, & eam alia, quæ magis idonea videtur, emendat & corrigit, Cicero: Italiam ornare, quàm domum ſuam maluit: quanquam Italia ornata, domus ipſa mihi videtur ornatior. Eſt etiam correctio in verborum exornationibus quæ tollit verbum, quod dictum eſt, & pro eo, id, quod magis idoneum videtur, reponit, hoc modo: O virtutis comes inuidia, quæ bonos inſequeris, atque adeo inſectaris. Et: Ciues, ciues inquam, ſi hoc eos appellari nomine fas eſt.

Correctio eſt verborum & ſententiarũ figura.

Dubita-

Pro Cluent. DVbitatio est, cum quærimus vnde incipiendum, vbi desinendum, quid potissimum dicendum, an omnino dicēdum sit. Eiusmodi exemplis plena sunt omnia, sed vnum interim sufficit: Cicero pro Cluentio: Equidem, quod ad me attinet, quò me vertam, nescio. Negem fuisse infamiam iudicij corrupti. & quæ sequūtur.

Pro Rab. COmmunicatio non procul abest à dubitatione, cū aut ipsos aduersarios consulimus. Cicero: Tu denique Labiene quid faceres tali in re ac tempore? cum ignauiæ ratio te in fugā atque in latebras impelleret, improbitas & furor L. Saturnini in Capitolium arcesseret, consules ad patriæ salutem, ac libertatem vocarent, quam tandem autoritatem, quam vocem cuius sectam sequi, cuius imperio parēre potissimū velles? Aut cum Iudicibus deliberamus, vt Cato, si vos in eo loco essetis, quid aliud fecissetis?

PRosopopœia est personarum ficta inductio, vel grauissimum lumen agendi, hac & aduersoriorum, & nostros cum alijs, sermones, & aliorum inter se credibiliter introducimus, & suadendo, obiurgando, querendo, laudando, miserando personas idoneas damus. Quin mortuos excitare in hoc genere dicendi concessum est. Vrbes etiā, populiq́; vocem accipiunt, in quibus hoc modo mollior fit figura: Etenim si mecum patria, quæ mihi vita mea multo est charior, si cūcta Italia, si omnis Respub. sic loqueretur M. Tulli quid agis? & quæ sequuntur. Sed magna quædam vis eloquentiæ desideratur. Falsa enim & incredibilia natura

Vrbes etiam & popul. vocem accipiunt per prosopopœiam.

In Cat. 1.

Magna viseloquētiæ desideratur in hac figura.

Formæ rerum, quæ corporis expertes sunt per prosopopeiam finguntur.

ra necesse est, aut magis moueāt, quia supra vera sunt aut pro vanis accipiantur, quia vera non sunt. Formas quoq; fingimus sæpe, vt famæ Vergilius, vt voluptatis ac virtutis (quemadmodum à Xenophonte traditur) Prodicus, vt multarum aliarum rerum Ouidius. Aen. 4.

Apostrophe est auersus à iudice sermo, mire autē valet, siue aduersarios inuadimus, Quid. n. tuus illeTubero ī acie pharsalica gladius agebat? Siue ad inuocationē aliquā conuertimur, Vos. n. iam Albani Tumuli atq; Luci, Siue ad inuidiosam implorationē, O leges Porciæ, legesque Semproniæ. Cice. pro Lig. ProMil.

Hypotyposis res pene sub aspectum subijcit.

Hypotyposis, quam illustrem explanationem Cicero appellat, est proposita quædam forma rerū ita expressa verbis, vt cerni potius videatur, quam audiri: vel, est rerum quasi gerātur, sub aspectum penē subiectio, vt actione in Verrem septima. Ipse inflā matus scelere, ac furore in forum venit, ardebant oculi, toto ex ore crudelitas emicabat. Nec solum quæ facta sint, aut fiant, sed etiam quæ futura sint, aut futura fuerint dicendo exprimimus. Mire tractat hæc Cicero pro Milone, Quæ facturus fuerit Clodius, si prætu ram inuasisset. Hæc translatio temporum, erit verecundior, si proponamus talia, Credite vos intueri, vt Cicero: Hæc, quæ non vidistis oculis, animis cernere potestis. De orā. 3. Cic. act. 7. in Ver. Cic. pro Mil.

Aposiopesis, quam Cicero reticentiam nonnulli interruptionem appellant, & ipsa ostendit affectus, vel iræ, vt Verg. De orā. 3. Aen. 1.

Quos ego: sed motos præstat componere fluctus.

Vel

Vel solicitudinis, & quasi religionis: An huius ille legis, quam Clodius à se inuentam gloriatur, mentionem facere ausus esset, viuo Milone, ne dicam consule? de nostrum enim omnium, non audeo totum dicere. Reticētia ostēdit affectus iræ vel solicitudinis.

Ethopoeia est imitatio vitæ, ac morū alienorū, magnum quoddam ornamentum orationis, & aptum ad animos conciliandos. vel maximè, sæpe autem ad permouendos: Cicero contra Rullum: Ineunt tandē magistratus tribuni plebis, concio tandem expectata P. Rulli, quod & princeps erat Agrariæ legis, & truculentius se gerebat, quàm cæteri. Iam designatus alio vultu, alio vocis sono, alio incessu esse meditabatur, vestitu obsoletiore, corpore inculto & horrido, capillatior quam ante, barbaque maiore, vt oculis & aspectu denuntiare vim Tribunitiā, & minitari Reipu. videretur.

Emphasis est cum ex aliquo dicto latens aliquid eruitur: vel, vt Cicero definit, quæ plus ad intelligendum quàm dicitur, relinquit, Vergilius:

Aen. 2. Demissum lapsi per funem.

Idem de Cyclope:

Iacuitq; per antrum. Immensum.

Vbi prodigiosam illam corporis magnitudinem è loci spatio intelligimus.

Act. 7. Sustentatio est figura, qua diu suspenduntur auditorum animi, atq; aliud deinde inexpectatū subiungitur, vt in Verrē Cicero: Quid deinde? quid censetis? furtum fortasse aut prædam aliquam? Deinde cum diu suspendisset iudicum animos, subiecit, quod multo

esset improbius. Aliquando etiam cum expectationem alicuius rei grauissimæ orator concitauerit, ad aliquid quod leue sit, aut nullo modo criminosum, descendit.

Prætermissio vel præteritio est cũ dicimus nos prę terire, aut non scire, aut nolle dicere id, quod tunc maximè dicimus, Cicero in Rullũ: Nõ quæror dimi nutionem vectigalium, non flagitium huius iacturæ at que damni. Prætermitto illa, quæ nemo est, quin gra uissime & verissime cõqueri posit, nos caput patrimo nij publici, pulcherrimam populi Romani possessionem subsidium annonæ, horreum belli, sub signo claustrisq; Reip. positum vectigal seruare non potuisse: eum denique nos agrum P. Rullo concessisse, qui ager ipse perse se & Syllanæ dominationi, & Gracchorum largitione restitisset: non dico hoc solum in Rep. vectigal esse quod amissis alijs remaneat, intermissis nũquam quiescat, in pace niteat, in bello non obsolescat, militem sustentet, hostem non pertimescat: prætermitto omnem hanc orationem & concioni reseruo. De periculo salu tis, ac libertate loquor.

Licentia est, cum apud eos, quos aut vereri, aut me tuere debet orator, tamen aliquid pro iure suo dicit quod eos minime offendat. Cicero pro Ligario: Pro Lig. Vide, quã non reformidẽ: vide, quãta lux liberalitatis & sapientiæ tuæ mihi apud te dicenti oboriatur: quan tum potero voce contendam, vt hoc populus Romanus exaudiat. Suscepto bello Cæsar, gesto etiam magna ex parte, nulla vi coactus, iudicio meo ac voluntate ad ea arma profectus sum, quæ erant sumpta contra te.

Conceßio est, cum aliquid etiam iniquum videtur orator pati atq; concedere, vt quæ deinde dicturus est grauiora videãtur. Cicero in Verrẽ actione.7. Leuia sunt hæc in hoc reo crimina: metum virgarum Nauarchus nobilißimæ ciuitatis pretio redemit: humanum. Alius ne cõdemnaretur pecuniã dedit: vsitatum est. Non vult Pop. Rom. obsoletis criminibus accusari Verrem: noua postulat, inaudita desiderat: non de Prætore Siciliæ, sed de crudelißimo tyranno fieri iudiciũ arbitratur. Interruptio est breuis declinatio à proposito. Nam longior illa digreßio, quæ multis pars causæ videtur, inter figuras numerãda non est, Verg.

Vare tuum nomen, superet modo Mantua vobis
(Mantua, ve miseræ nimium vicina Cremonæ)
Cãtantes sublime ferent ad sidera cygni.

Hæc breuior à re digreßio plurimis fit modis. Sed hoc exempli gratia sufficiat.

Ironia & à Quintiliano & à Cicerone inter sententiarum exornationes numeratur. Differt autem ab illa, quæ tropus est, quòd tropus breuior sit & apertior. At in figura totius voluntatis fictio est. Cicero

Pro lig. pro Ligario, Nouum crimen. C. Cæsar, & ante hunc diem inauditum propinquus meus ad te Q. Tubero detulit, Q. Ligarium in Africa fuisse: idq; C. pansa Præstanti vir ingenio, fretus fortaße ea familiaritate, quæ est ei tecum, ausus est confiteri. Itaq;, quo me vertam, nescio. Paratus enim veneram, cum tu id neq; per te scire, neque audire aliunde potuisses, vt ignoratione tua ad hominis miseri salutem abuterer.

Distributio, quæ ad sententiarũ exornationes pertinet, est, cum aliquid in partes plures tribuitur, quarum vnicuiq; ratio deinde sua subiungitur, vt: Alexandro Macedoni neque in deliberãdo consiliũ, neque in præliando virtus, neq; in beneficio benignitas deerat. Nam quum aliqua res dubia accidisset, apparebat sapientißimus: quum autem confligendũ esset cum hostibus, fortißimus: quum vero præmium dignis tribuendum, liberalißimus. Rutilius ex Aris.

Permißio est cũ alicui rei vehementer confidimus: & ostendimus nos eam tradere atq; concedere alicuius voluntati, hoc modo: Sed ego iam iudices summũ ac legitimũ meæ causæ ius omitto: vobis quod æquißimum videatur, vt constituitis, permitto. Non enim vereor quin etiã si nouum sit vobis instituendũ, libenter id quod postulo, propter vtilitatem communis cõsuetudinis sequamini. Cicero in Catilinã, Quid expectas? proficiscere, nimium iam diu te imperatorẽ illa tua Manliana castra desiderant. Et in eadem oratione: Egredere cum importuna sceleratorum manu: confer te ad Manlium, cõcita perditos ciues, secerne te à bonis, infer patriæ bellum, exulta impio latrocinio. Rutilius ex Hyperide. Orat. 1.

Deprecatio, quam vel obsecrationem, vel obtestationem alij appellant, est cum opem alicuius imploramus, Cicero pro Deiotaro: Quam ob rem hoc nos primum metu C. Cæsar per fidem, & constantiam, & clementiam tuam libera, ne residêre in te vllã partem iracundiæ suspicemur. Per dexterã te istam oro quam Regi Deiotaro hospes hospiti porrexisti: istam,

inquam, dexterā non tam in bellis & in prælijs, quàm in promißis & fide firmiorem.

Execratio est, qua malum alicui precamur. Cicero pro Deiotaro: Dij te perdant fugitiue, ita non modo nequam & improbus, sed fatuus & amens es.

Epiphonema est Rei narratæ vel probatæ summa acclamatio, Vergilius:

Tantæ molis erat Romanam condere gentem.

Aen. 1. Exclamatio est quæ conficit significationem doloris aut indignationis alicuius per hominis aut rei cuiuspiam compellationem: Cic. in Antonium: O mi-
Phil. 2. serum me consumptis enim lacrymis, infixus tamen pectori hæret dolor. Idem contra Rullum: O perturbatā rationem, ò libidinem refrenandam, ò consilia dissoluta atq; perdita. Et in Catilinam, ò tempora, ó mores, Senatus hoc intelligit, Consul videt, hic tamen viuit.

Sunt & illa iucunda, & ad cõmendationem cũ varietate tum etiam ipsa natura plurimũ valẽt, quæ simplicem quandam & non præparatam ostendũt orationem. Quæ quoniam nullum habent latino sermone nomen, breuiter hoc loco explicabuntur. In primis quasi pœnitentia dicti, vt Cicero pro Cælio: Sed quid ego ita grauem personam introduxi? Et quibus vtimur vulgo, Imprudẽs incidi. Vel cum quærimus, quid dicamus, quid reliquum est? &, Nũquid omisi? Et cum aliqua velut ignoramus: Cicero in Verrem: Sed earũ re-
Act. 6. rũ artificẽ quẽ? quẽ nã? Recte admones, Polycletũ esse dicebãt. Et cũ deponimus apud memoriã auditoris aliqua, et reposcimus quæ deposuerimus. Hæc omnia dãt

orationi varios velut vultus. Gaudent enim res varietate, & sicut oculi diuersarum aspectu rerũ magis detinentur, ita semper animis præstant aliquid, in quod se velut nouum conuertant.

HAec de Tropis & ornamentis cum verborum, tũ sententiarũ dicta sint, in quorum numero, nominibus, vi & natura explicanda vsq; adeo dissentiunt autores vel Græci vel Latini, vt non modo inter se dißentiant, sed, quod maius est, Cicero, qui vt ornatißimus in dicendo, sic in præcipiendo fuit diligentissimus, ipse sibi discrepet. Nã vt Quintilianus animaduertit, multas figuras ĩ tertio de Oratore libro posuit, quas in oratore postea scripto, quoniã de illis mentionẽ non fecit, videtur repudiasse. Quasdam posuit inter verborum exornationes, quæ sentẽtiarum sunt lumina. Quædã ne figuræ quidẽ sunt. Non tamen est cur quisquam vel illum vel alios autores hac de causa temere reprehendat. Ea.n. quæ de tropis & figuris præcipi possunt valde minuta sunt & exilia, ideoq; non multum interest, hoc ne an illo modo sentias. Quã ego causam fuisse puto, cur idem Cicero strictim semper & cursim illas attigerit, & nullis nec definitionibus explicatas, nec exemplis illustratas quasi per transennam ostenderit. Iam numerus illarũ nec fuit olim certus, nec verò vnquã eße poterit. Cuius rei duas ego reperio causas. Altera est, quòd nouæ figuræ Quĩtiliano etiã autore fieri adhuc & excogitari poßũt. Altera, quod tã verborũ quã sentẽtiarũ figuræ nõ in formas quarũ certus est, sed in partes & quasi mẽbra, quorũ infinitior est numerus distri

Lib. 9. ca. 3.

Lib. 9. ca. 3.

distribuntur. Quod optimè vidit Cicero: In Topicis enī cū aliud diuisionem, aliud partitionē esse docuisset, dixissetq;, non esse vitiosum in partitione, si partem aliquam prætermittas, quod idē in diuisione vitiosum est. Sic deinde causam eius rei addit. Formarū enim certus est numerus, quæ cuiq; generi subijciantur: partium distributio sæpe est infinitior, tanquam riuorū à fonte deductio. Itaq; in oratorijs artibus quæstionis genere proposito, quot eius formæ sint, subiungitur absolutè: at cū de ornamentis verborum sententiarumq; præcipitur, quæ vocantur schemata, non fit idem. Res enim est infinitior: hæc esse in causa puto vt omnis hæc de tropis & figuris disputatio, non solum dubia & incerta, sed cōtrouersa etiā plenaq; dissensionis semper fuerit. In quā ego, quod simillimū veri visum est, sum secutus.

De collocatione. Cap. 31.

Cic. 3. de orat.

SEquitur collocatio, quæ erit optima, si vinctam orationem efficiet, si cohærentem, si lenem, si æquabiliter fluentem. In ea necessaria sunt ordo, et iunctura: primum igitur de ordine. Sed illud prius dicā; studiosis dicēdi imprimis esse necessaria ea, quæ deinceps de ordine iuncturaq; tradentur. Valde enim cōducunt ad formandum stylum, qui dicendi perfector est & magister.

De ordine. Cap. 32.

Ordinis obseruatio est in verbis singulis & contextis: in singulis cauendum est ne decrescat oratio, & fortiori subiungatur aliquid infirmius vt sacrilego fur aut latroni petulans. Augeri.n. debent sententiæ & insurgere, vt optime Cicero, Tu, inquit, istis faucibus, istis lateribus, ista gladiatoria totius corporis firmitate, aliud.n. alio maius superuenit: At si cœpisset à toto corpore, non bene ad latera, faucesq; descenderet. Est & alius naturalis ordo, vt diem ac noctem, ortum et occasum dicas, potius quàm retrorsum. Quædam ordine permutato fiunt superuacua, vt fratres gemini: nā si præcesserint gemini, fratres addere non est necesse. Verbo sensum claudere, si compositio patiatur, longe optimum est, Cicero in Verrem: Itaque ille M. Cato sapiens, cellam penariam Reipubli. nostræ nutricem plebis Romanæ Siciliam nominauit. At si id asperum erit, decori potius orationis erit consulendum vt fit apud summos Græcos Latinosque Oratores frequentißime: Cicero in actione eadem: Nam cum omniū sociorum, prouintiarum rationem diligēter habere debetis, tum præcipuè Siciliæ, Iudices, plurimis, iustißimisque de causis. In oratione non sunt ad pedes verba dimensa vt in carmine, ideoq; ex loco trasferūtur in locum, quo maxime congruūt, sicut in rudium structura saxorum fieri consueuit.

Quit.li. 9.ca.4.

Oratio no debet decrescere.

Phil. 2.

Verbo sēsum claudere optimum est.

Act. 4.

In oratione nonsūt ad pedes verba dimensa.

De iunctura, Cap. 33.

Iunctu-

De ora. 3. IVnctura verò vt concinna, & elegãs sit, aſſequemur, ſi verba extrema cum conſequentibus primis ita iũgemus, vt neue aſpere concurrant, neue vaſtius diducantur. Aſperum concurſum effi-

Quit li. 9. ca 4. ciunt conſonantes illæ, quæ ſunt aſperiores, vt, S. vltima cum X. proxima, vt exercitus Xerxis, quarum triſtior, etiam ſi bina collidantur, ſtridor eſt: vt, Ars ſtudiorum, Rex Xerxes. Hiulcã verò reddit orationẽ vocalium concurſus. Peſſimè, longæ quæ eaſdem inter ſe literas cõmittũt, ſonabunt, vt, Viro optimo obtẽperare. Præcipuus tamen erit hiatus earum, quæ cauo, aut patulo maximè ore proferuntur, vt, Senſu humanitatis. E plenior litera eſt, I anguſtior: ideoq; obſcurius in his vitium. Minus peccabit, qui longis breues ſubijciet, & adhuc, qui præponet longæ breuem, non tamen id, vt crimem ingẽs expaueſcẽdum eſt. In quo neſcias negligentia ne an ſolicitudo ſit peior. Neceſſe enim eſt vt hic metus impetum dicẽdi retardet, & ab his, quæ potiora ſunt auertat. Quare vt negligẽtis eſt, oratoris hiulca ſubinde oratione vti, ita humilis eſt animi, atq;

In orat. demiſſi vbiq; hoc perhorreſcere. In quo merito quidã Iſocratem, & eius diſcipulos, atq; præcipuè Theopompum reprehendunt, quod eas literas tantopere fugerint. At plato in populari etiam oratione crebram ha-

Quit. li. 9. ca. 4. bet vocalium cõcurſionem. Cicero certe & Demoſthenes modice reſpexerunt ad hanc partem. Nam hiulca nonnunquam etiam decent, faciuntq; ampliora quædã.

In orat. Habet enim ille tanquam hiatus et concurſus vocaliũ

I 5 molle

Quæ conſonantes aſperum cõcurſum efficiant.

Quæ vocales peſſime concurrant.

Concurſus vocalium non eſt nimis timide vitandus.

Iſocrates & eius diſcipuli reprehendũtur, quod tantopere vocales fugerint.

Hiulca nonnunquam decent.

molle quiddam, quod indicet non ingratā negligētiam de re hominis magis, quàm de verbis laborantis. Itaq; ille in oratione pro Marcello sic ait: Dolebam enim P.C. ac vehementer angebar, cum viderem virum talem, qui in eadem causa, in qua ego fuissem, non in eadē esse fortuna, nec mihi persuadere poterā, nec fas esse ducebam, versari me in vestro veteri curriculo, illo æmulo atque imitatore studiorum, ac laborum meorū, quasi quodam socio à me & comite distracto. Vnde apertè intelligimus crebrā & nimiam vocalium concursionem esse quidem vitandam, modicam vero & quæ in loco, fit, non esse reprehendendam. Videndū etiā est ne syllabæ verbi prioris vltimæ, sint primæ sequentis, quod Ciceroni in epistolis excidit: Res mihi inuisæ, visæ sunt Brute. Et in carmine: O fortunatam natam me consule Romam. Etiam monosyllaba, si multa sint, male continuabuntur. Breuiū præterea verborum ac nominum vitanda continuatio est, ne compositio minuta sit atque concisa: Et ex diuerso, longorū, afferunt enim tarditatem. Illa quoque vitia sunt, si cadentia similiter & similiter desinentia, & eodem modo declinata multa coniugantur. Nec verba quidem verbis, aut nomina nominibus, similiaq; illis continuari debent, Cū virtutes etiam ipsæ tædium pariant, nisi gratia varietatis adiutæ. Illud postremo addamus hanc orationis quasi structuram, quæ ordine iuncturaque constat, maximam quidem desiderare diligentiam, ea lege tamen ne fiat operose. Nam esset cum infinitus, tum puerilis labor. Stylus enim exercitatus efficit facilem hanc viam

Pro Mar.

Syllabæ verbi prioris vltimæ nō sint primæ verbi sequentis.

Quīt li. 9. ca. 4.

Monosyllaba multa nō sunt continuāda.

Verborū breuium & longorum vitāda est continuatio.

Nec verba verbis, nec nomina nominibus cō tinuari debent.

Cic. 1 o-rat. viamcomponendi. Nam vt in legendo oculus, sic animus in dicendo prospiciet, quid sequatur: ne inconditis verbis, & male coagmentatis offendantur aures, quarum est iudicium superbißimum. Auriũ iudiciũ est superbißimum.

De modo & forma verborum. Cap. 34.

3. De orat. Non est ex multis res vna, quæ magis oratorem ab imperito dicendi ignaroq; distinguat, quam quod ille rudis incondite fundit, quantum potest, & id, quod dicit, spiritu non arte determinat. Orator autem sic alligat sententiam verbis, vt nihil inane, nihil inconditum, nihil curtũ, nihil claudicans, nihil in oratione sit redundãs. Hoc oratorio fit numero, qui aptam & concinnam, & suauem efficit orationem. Breuiter igitur origo, deinde causa, post natura, tũ ad extremum vsus ipse explicetur orationis aptæ, ac numerosæ. Oratorij numeri vtilitates.

De origine orationis numerosæ. Cap. 35.

In orat. Princeps inueniendi aptam verborum, & numerosam conclusionẽ fuit Thrasymachus: cuius omnia nimis etiam erant scripta numerosa. Isocrates autem ita scienter moderateque rem totam temperauit, vt multi existimarint illũ huius concinnitatis Thrasymachus numerosæ orationis inuentor fuit.

tatis autorem & principem extitisse. Ubi verò hæc formādæ orationis ratio cognita & inuenta est, sic omnibus placuit oratoribus ut Aristoteles, quo nemo nec doctior, nec acutior, nec in rebus vel inueniendis, vel iudicandis acrior unquam fuit, versum in oratione vetet esse, numerum iubeat. Eius auditor Theodectes in primis, ut Aristoteles sæpe significat, politus scriptor, atque artifex hoc idem & sentit & præcipit. Theophrastus vero iisdem de rebus etiam accuratius. Romani Ciceronis ferè tempore agnouerunt, cum iam anni prope quadringenti essent apud Græcos, cum hoc probaretur. Usque adeo autem hāc orationis conformandæ rationem ipse Cicero probauit, ut non solū eius hoc modo faciendæ & ornandæ summus ipse artifex fuerit, sed diligentißimè etiam de tota ea re præceperit.

Arist. versum in orationeve tat esse, numerum iubet. Ciceronis tempore agnouerunt Romani orationis numerum, annis quadringentis post Græcos.

Cur numerosa oratio inuenta sit Cap. 36.

Quoniam igitur habemus aptæ orationis eos principes autoresque, quos diximus & origo inuenta est, causa quæratur, quæ facilis, & aperta est. Aures enim vel animus potius aurium nuncio naturalem quādam in se continet vocum omnium mensionem. Itaque, & longiora & breuiora iudicat, & perfecta ac moderata semper expectat, mutila sentit quædam & quasi decurtata, quibus tanquā debito fraudetur, offenditur, productiora alia & quasi immoderatius

In orat.

Animus naturalē quandam continet in se vocū omnium mēsionē.

tius excurrentia: quæ magis etiam aspernantur aures. Cum igitur fortuito sæpe, vt fit, aliquid cõclusè apteq; initio diceretur, animos hominū auresq; pellebat, vt intelligi posset id, quod casus effudisset, cecidisse iucūde tunc notatum genus est. Notatio autem & animaduersio peperit artem. Itaq; vt poëtica & versus inuētus est terminatione aurium, obseruatione prudentium: sic in oratione animaduersum est multo illud quidē serius sed eadem natura admonente, esse quosdam certos cursus conclusionesq; verborum. De quarū natura vt disserere possimus necesse est, vt de incisis, mēbris & periodo prius dicamus.

Notatio et animaduersio peperit artem numerosæ orationis.

De incisis membris & periodis. Cap. 37.

Quĩt.li 9.ca.4.

Incisum est sensus non expleto numero cõclusus, plerisq; pars membri. Tale est. n. quo Cicero vtitur, Domus tibi deerat? at habebas: Pecunia superabat? at egebas, vbi incisa sunt quatuor. Fiunt & singulis verbis incisa, vt, Diximus, testes dare volumus. Incisum est, Diximus: Membrum autem est sensus numeris conclusus sed à toto corpore abruptus, & per se nihil efficiens, vt, O callidos homines: O rem excogitatam: ò ingenia metuenda: quē quæso nostrum fefellit, id vos ita esse facturos. O callidos homines: perfectum est, at remotum à cæteris vim non habet, vt per se manus, & pes, & caput: & O rē excogitata m

Quid sit incisum.

Quid mēbrum sit.

In Corn. 2 quæ non extat.

gitatam, ò ingenia metuenda. Quando ergo incipit corpus esse? cum venit extrema cõclusio: Quem quæso nostrum fefellit, id vos ita esse facturos? Periodum Cicero tum ambitum, tum circuitum, tum comprehensionẽ aut continuationem, aut circunscriptionem dicit. Cum temperetur autem mẽbris omnis paulò longior circuitus, tamen aliud est cæsim & membratim, aliud circũscriptè dicere. Circũscriptio enim est cum ab initio ad finem vsque quasi in orbem inclusa fertur oratio, donec consistat in singulis perfectis absolutisque sententijs, Cicero pro leg. Man. Quamquam mihi semper frequens cõspectus vester multò iucundißimus, hic autẽ locus ad agendum amplißimus, ad dicendum ornatißimus est visus, Quirites, tamẽ hoc aditu laudis, qui optimo cuique semper maxime patuit, non mea me voluntas, sed vitæ meæ rationes ab ineunte ætate susceptæ prohibuerunt. Membratim verò dicimus, cum in singulis membris liberior insistit oratio. Cicero pro Milone: Itaq; quando illius postea sica illa, quam à Catalina acceperat, conquieuit? Hæc intentata nobis est: huic ego vos obijci pro me non sum paßus, hæc insidiata Pompeio est: Hæc istam Appiam viam monumẽtum sui nominis nece Papirij cruentauit. Incisim vero dicimus cum in singulis incisis insistit oratio, Cicero in Catilinam inuecti. 4. Tenentur literæ, signa, manus, deniq; vniuscuiusque confeßio. Quo modo autem, cum in incisis & membris, tum in circuitu numerus sit adhibẽdus paulò post dicetur. Sed quia nullus extra poëticos numerus esse potest, pedes, quibus & poëma fit, & oratio nume

Periodũ multis nominibus appellat Cic.

Arist. 3. Rhet. c. 4. Cice. in orat.

Cicer. pro lege Man.

Quid sit membratim dicere.

Ci. pro Mil.

Quid sit incisim dicere.

Cice. in Catil. 4.

Eiusdem pedibus poema et oratio numerosa tẽperantur.

numerosa tẽperatur, ponamus, mox enim intelligetur inter versum & orationem numerosam permagnum esse discrimen.

De pedibus. Cap. 38.

Quit. li 9. ca. 4.

PEdes, qui duas habent syllabas numero sunt quatuor, Spondeus, Pyrrichius, Choreus, & Iambus. Spondeus est è lõgis duabus, vt, dicunt, mores: illi cõtrarius est Pyrrichius, vt, nouus, tulit. Quatuor syllabarũ pedes sũt quatuor.

Choreus est è longa & breui, vt, scribit, semper. Huic Iambus est contrarius, vt, legunt, reos. Triũ vero syllabarum pedes sunt octo, Molossus ex tribus lõgis, vt dicendi, conseruant. Trocheus, quem Tribrachum alij appellant, è tribus breuibus, vt facimus. Dactylus ex longa & duabus breuibus, vt littora. Anapæstus ex duabus breuibus & longa, vt, pietas, peragunt. Bacchius ex breui & duabus lõgis, vt, amores. Antibacchius ex duabus longis & breui, vt, audisse. Creticus quem alij Amphimacrum vocant, ex longa breui, & lõga, vt, possident. Amphibrachus ex breui, longa, & breui: vt, petebat. Cicero ex alijs pedibus tres tãtũ ponit, nec tamẽ ipse dissimulat, quibusdã numeros videri nõ pedes, nec immerito (quidquid enim supra tres syllabas habet, id ex pluribus est pedibus) Pæonas duos, & Dochimũ, quibus et nos erimus cõtẽti. Est igitur Pæõ primus ex lõga & tribus breuibus, vt aspicite. Pæon vltimus ex tribus breuibus & longa, vt, facilitas.

Triũ syllabarum pedes sũt octo.

Quicquid supra tres syllabas habet, id ex pluribus est pedibus.

Dochi-

Dochimus vero ex Bacchio cõstat, & iambo, vt, perhorrescerent.

De numero oratorio. Cap. 39.

Numerus oratorius græ. est Rhythmos.

Quid intersit inter oratorium numerum atq; poeticum, itemq; inter orationem & poema diligenter nunc attendẽdum est. Numerum oratoriũ Græci Rhythmum, poeticum Metrum vocant. Quod etiam si constat vtrunq; pedibus habet tamen non simplicem differentiam. Nam Rhythmi spatio temporum constant, pedes etiam ordine. In Rhythmo enim nihil refert Dactylus ne sit an Anapæstus, cum eodem temporum spatio vterq; constet, in versu pro Dactylo poni non potest Anapestus. Est & illud discrimen, quod metri semper idem est cursus, vt in Heroico carmine, Dactyli, & spondei. In oratione alius atq; alius numerus est adhibendus, ita vt nullus sit, qui non aliquo loco adhiberi possit. Ex his facile est intelligere, quàm multum inter orationem numerosam, & poema intersit. Versus certis legibus astrictus est, vt nihil fiat extra præscriptum: at in oratione nihil est certum, nisi vt apte verbis comprehendatur sententia. Itaq; omnis nec claudicans, nec quasi fluctuans, & æqualiter, constanterque ingrediens numerosa habetur oratio. Atque id in dicendo numerosum putatur: non quod cõstat totum è numeris, sed quod ad numeros proxime accedit. Quò etiam difficilius est oratione vti, quam versibus,

Rhythmi constant spatio tẽporũ pedes etiam ordine.

Nullus est numerus qui nõ aliquo loco in oratione adhibeatur.

In orat.

Multũ interest inter poema & orationẽ numerosam.

bus, quod in illis certa quædã, & definita lex est, quã sequi sit necesse: in dicendo autem nihil est propositum nisi aut ne immoderata, aut angusta, aut dissoluta, aut fluens sit oratio. In quo illud est vel maximũ, quòd versus in oratione si efficitur coniũctione verborum, vitium est, & quidem graue, ac longa animi prouisione fugiendum, & tamen eam coniunctionem sicuti versum numerose cadere, & quadrare, & perficere volumus. Quod quomodo faciẽdũ sit, deinceps explicemus. Versus in oratione si efficitur vitũ est.

In qua parte ambitus debeat inesse numerus. Cap. 40.

Cic. 1 orat. Quit. li. 9. ca. 4. *Est igitur intelligendum in toto verborũ ambitu numeros tenẽdos esse: Fallũtur enim qui censent cadere tantum numerose oportere, terminarique sententiã. Et si enim id maxime decet, quod iã aures semper extremum expectant, in eoq; acquiescunt: ad hunc exitum tamen à principio ferri debet verborũ illa comprehẽsio, & tota à capite ita fluere, vt ad extremum veniens ipsa consistat. Cum autem omnes in oratione sint quasi permisti, & confusi pedes, nec enim effugere posset orator animaduersionem, si semper eisdem vteretur: qui numeri ad principium, & ad medium, & ad extremum periodi sint magis accomodati explicandum est.* Tota periodus numerosa esse debet.

De initio periodi. Cap. 41.

Clauſulæ maxime concinnitatē deſiderant.

Proximā clauſulis diligentiā initia poſtulant.

CLauſulas diligentius, quàm cætera omnia, ſeruandas eſſe inter omnes cõuenit, quod in his maxime perfectio, atq; abſolutio iudicatur. Proximam autem clauſulis diligentiã initia poſtulãt. Nã & hæc intẽtus eſt auditor. Optimè hæc naſcũtur à proceris numeris, ac liberis, maxime Dactylo, quem Heroum vocat Ariſtoteles, & pæone priore, quẽ idẽ author vt optimum probat. Cicero molliſsimum quidem numerum, eundemq; ampliſsimum eſſe fatetur, ſed Creticum anteponit. Anapæſtus etiam qui Dactylo eſt ſpatio par, ordine cõtrarius, recte orationem incipit, Cicero pro lege Manilia: Quamquam mihi ſemper frequens conſpectus veſter: Exorſus eſt à ſpondeo Anapæſto et Cretico: Et in eadem oratione: Teſtis eſt Italia: à Cretico, &: ita tantum bellum: ab Anapæſto & ſpondeo, &, Qui Siciliam adijt: à Pæone priore.

Ret. 3. c. 4 Cic. in orat.

Lege Man.

Liuius hexametri exordio cæpit.

Dochimus ſemel poſitus quouis loco aptus.

Initia verſuum initijs orationis non conueniunt, Etſi Titus Liuius hexametri exordio cæpit: Facturus ne operæ precium ſim. Dochimus quouis loco aptus eſt, dũ ſemel ponatur: iteratus aut cõtinuatus numerum apertum & nimis inſignem facit, Cicero de lege Agraria: Eſt illud ampliſsimum quod paulò ante commemoraui Quirites. Vbi à ſpondeo & dochimo ducitur initium.

De gra. Ale.

De fine periodi. Cap. 42.

In extre

IN extremo autẽ circuitu duo aut tres ſunt ferè ſeruãdi & notãdi pedes: quos aut Choreos, aut ſpõdeos, aut alternos eſſe oportebit. Aſia geminatũ Choreũ, qui dichoreus vocatur, maximè ſecuta eſt. Cadit autem ille præclare: ſed in orationis numero nihil eſt tam vitioſum quàm ſi ſemper eſt idem. Spondeus eſt in clauſulis firmus & stabilis, quo plurimum eſt vſus Demoſthenes. Pæona alterum orationi cadenti aptißimum putat Ariſtoteles, quem Cicero non reijcit, ſed aptiorem eo loco iudicat Creticum. Qui ſiue geminetur, ſiue ſpondeum præcedat, multum decoris habet in clauſulis, Cicero pro Mar: Priſtino more dicendi: Creticus eſt geminatus, & ſpondeus, & conſeruatam ac reſtitutam puto: ſpondeus & duo Cretici. Et, Nec vlla vnquam ætas de tuis laudibus cõticeſſet. Duo Cretici & dichoreus. Optimè etiam eſt ſibi iũctus Anapæſtus. Cicer. Nihil habet nec fortuna tua maius, quàm vt poßis: nec natura tua melius, quã vt velis conſeruare quam plurimos. Eſt & Dochimus ſtabilis in clauſulis, & ſeuerus, Cicero in Antonium, Te miror Antoni quorum facta imitere, eorum exitus non perhorreſcere. Quia poſtrema ſyllaba breuis an longa ſit, ne in verſu quidem refert. Multæ ſunt aliæ clauſulæ, quæ numeroſe & iucũde cadũt, quas diligentißimè oſtendit Quintilianus. Etiã intelligendum eſt clauſulas verſuũ non conuenire clauſulis orationis quod Bruto excidit: Quanquã ſciunt placuiſſe Catoni, & vitandum eſſe, ne plurimũ ſyllabarum verbis vtamur ſæpe in fine, quod etiã in carminibus eſt permolle.

Margin notes: Qui pedes in extremo circuitu ſint ſeruandi. — Nihil tam vitioſum eſt in orationis numero quã ſi ſemper eſt idem. — Ariſt. poeona vltimum Cic. creticum aptißimũ iudicat in clauſulis. — Optimè ſibi iungitur dichoreus in clauſulis. — Pro lig. — Phil. 2. — Clauſulæ verſum non conueniunt clauſuiis orationis

Non desunt enim qui Ciceronem vituperent in his: Familiaris cœperat esse balneatori. Et pro Cælio, Non mi Phili. 3. nus dura Archipiratæ, Nec illud quidẽ prætereundũ est clausulas maximè apparere, et intelligi, quòd aures continuã vocem secutæ, ductæque velut prono decurrentis orationis flumine, tum magis iudicẽt, cum ille impetus stetit & intuendi tempus dedit. Variandæ sunt igitur, ne aut animorum iudicio repudiẽtur, aut auriũ satietate. Hoc vicissitudines numerorum efficient, qui præstabũt, vt neq; ij satientur, qui audient, fastidio similitudinis, nec orator, id quod faciet, opera dedita facere videatur.

Cur clausulæ sint variãdæ.

De media periodo. Cap. 43.

CVM verborum comprehensio à principio ferri debeat, & tota à capite ita fluere, vt ad extremum veniens ipsa consistit, dicendum est nunc, qui maximè cadãt in orationem aptam numeri: Et Aristoteles quidem spondeum numerum grandiorẽ indicat, quàm desideret soluta oratio, Iambum autem nimis è vulgari esse sermone. Ita neque humilẽ & abiectam orationem, nec nimis altam & exaggeratam probat, plenam tamen eam vult esse grauitatis, vt eos qui audient, ad maiorem admirationem possit traduci re. Trocheum autem, quem alij Tribrachum appellãt ab oratione segregat, quia contractio & breuitas dignitatem non habent. Ita Pœona probat, quem orationi

In orat.

Quos numeros ab oratione segreget, quos maximè probet Aristo.

vel

vel orienti, vel mediæ, vel cadenti aptißimũ iudicat. Cicero autem sentit omnes in oratione esse permistos & quasi confusos pedes. Nec enim effugere posset animaduersionem orator, si semper ijsdem vteretur. Cum igitur (vt supra etiam dictum est) permista & temperata numeris, nec dissoluta, nec tota numerosa oratio esse debeat. Pœone maxime, quoniam optimus autor ita censet, sed etiã reliquis numeris, quos ille præterit temperanda est. In his quæ demisso atq; humili sermone dicentur, Iambus erit frequentißimus, Pæon in amplioribus, in vtroq; Dactylus. Ita varia & perpetua oratione hi sunt inter se miscendi & temperandi: sic minime animaduertetur delectationis aucupium, & quadrãdæ orationis industria. Nec vero nimius is cursus numerorum esse debet, id enim in dicendo numerosum putatur, non quod totũ cõstat è numeris, sed quod ad numeros proxime accedit. Nullus enim pes est, qui non aliquando veniat in orationem. Miscẽdi ergo sunt curandumq;, vt sint plures, qui placeant, & circunfusi bonis deteriores lateant. Dochimus quouis loco est aptus, dummodo non iteretur. Plurimum etiam venustatis habet Creticus, Cicero pro Mar. Nullius est tantum flumen ingenij, nulla dicendi, aut scribendi tanta vis, tantaq; copia, quæ non dicã exornare, sed enarrare C. Cæsar res tuas gestas poßit: tamẽ hoc affirmo, et hoc pace dicã tua, nullã in his laudẽ eße ampliorẽ, quã eã, quã hodierno die cõsecutus es, in hac periodo sunt quidẽ alij pedes, sed qui eam iucundißimam efficiunt, sunt Cretici, Dochimus, Pæon, Dactyli & spondei.

Cic. sentit omnes in oratione eßet permistos numeros.

In humili oratione iambus in ampliori pæon in vtraque dactylus est frequẽtißimus.

Dochimus quouis loco aptus, dũmodo non iteretur.

Pro Mar.

De his quæ ſuapte natura nume roſa ſunt. Cap. 44.

Cũ paria paribus re feruntur aut caſus in exitu ſunt ſimi les, oratio ſua ſpõte numeroſa efficitur.

In orat.

ALiquãdo ſuapte natura numeroſa ſunt, quæ dicuntur, etiam ſi nihil factum eſt de induſtria. Cum enim ſunt caſus in exitu ſimiles, aut paribus paria referũtur, quaſi ſua ſponte concinnitatẽ habet oratio, vt in illo Ciceronis pro Milone, eſt.n. Iudices hæc nõ ſcripta ſed nata lex, quã non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipſa arripuimus, expreßimus, hauſimus: ad quã nõ docti, ſed facti, nõ inſtituti, ſed imbuti ſumus. Hæc enim talia ſunt, vt quia referũtur ad ea, ad quæ debent referri, intelligamus non quæſitum eſſe numerum, ſed ſecutum. Quod fit item referẽdis cõtrarijs. In hoc genere Cicero frequens eſt, vt illa ſunt in quarto accuſationis: Cõferte hanc pacẽ cũ illo bello: huius Prætoris aduentum cũ illius Imperatoris victoria: huius cohortem impuram, cum illius exercitu inuicto: huius libidines cum illius continentia: ab illo, qui cepit conditas, ab hoc qui conſtitutas accepit, captas dicetis Syracuſas: que ſunt venuſtißima. Semper enim hæc, quæ à Græcis antitheta nominari ſupra diximus, cum de figuris ageremus, numerũ oratorium neceßitate ipſa efficiũt & eum ſine induſtria.

Pro Mil.

Cũ cõtraris referũtur numerus ſpõte ſequitur.

Act. 4. in Ver.

Quæ vitia ſunt vitanda in oratione numeroſa. Cap. 45.

Hae

Quit.li. 9.ca.4.

Haec tamen vitia in tota hac re diligẽtiſsime ſunt vitanda, in primis ne aperte verba traijciantur, quo melius aut cadat, aut voluatur oratio: deinde nè inania quædam verba, quaſi cõplementa numerorum inculcentur: tertio nè minutis concidatur, infringaturq́; ſententia. Sed verba iam probata et electa concinnè coagmẽtentur. Nam vel dura inter ſe cõmiſta potiora ſunt inutilibus. Multa ſunt autẽ, quæ ijs vitijs declinatis, numeroſè componendi laborem minuant. Sunt.n. multæ figuræ, quibus & caſus & numeri poßint variari. Sunt multa etiam, quæ idem valent atq́; ſignificãt, ex quibus exercitati facilè illud eligũt quod inſtitutæ verborum comprehẽſioni maxime quadrat.

Quæ vitia vitãda ſint in hac re.

Multa minuunt laborẽ componendi numeroſe

De magnitudine ambitus. Cap. 46.

HAbet autem periodus mẽbra minimũ duo, ſæpe etiã & tria: Cicero pro lege Man. Nã cum antea per ætatẽ nondũ huius autoritatẽ loci contingere auderem, ſtatueremq́; nihil huc, niſi perfectũ ingenio, elaboratum induſtria afferri oportere: omne meũ tempus amicorum temporibus tranſmittendum putaui. Cicero eum ambitum mediocritatẽ habere ait, qui quatuor fere membris conſtat: Nam & aures implet, & nec breuior eſt, quàm ſatis ſit, nec lõgior. Vult autem, vt è quatuor, quaſi hexametrorũ verſuum inſtar quod ſit

Periodus habet mẽbra minimum duo ſæpe tria.

Ambitus mediocris quatuor fere membris conſtat.

sit, constet feré plena comprehensio. Eius generis est illud pro Milone, Ego cum tribunus plebis Republica Pro Mil. *oppressa me senatui dedissem, quem extinctum acceperam, equitibus Romanis, quorum vires erant debiles: bonis viris, qui omnem autoritatem Clodianis abiecerant, mihi unquam bonorum præsidium defuturũ putarem. Debet autem periodus sensum cõcludere: sit etiã* Quit. li. 9. ca. 4. *aperta, ut intelligi poßit, & non immodica, ut memoria contineri poßit.*

Quidpræstare debeat periodus.

De numero, qui est in membris, & cuiusmodi ea esse debeant. Cap. 47.

Quid sit membrum, quid incisum, quid ambitus antea dictum est. Illud etiam Cic. i orat. *est explicatum, aliud esse circunscripte, aliud membratim dicere. Illic enim* Quit. li. 9. ca. 4. *circunscribitur verborum comprehensio, donec in clausula semel cõsistat: hic in singulis mẽbris oratio insistit. Quod in pronuntiando magnoperé reficit spiritum, unde fit, ut oratio, quam membris carpimus, longior multo esse poßit, quam ea, quæ constat circuito. Ita ut aliquando ad quindecim, aliquando ad viginti membra excurrat, Cicero pro Milone, Occidi, occidi non spurium Melium, & quæ sequuntur. Nibil autem tam debet esse numerosum, quam hoc, quod minime apparet. Sed non tam aperte, & palam in incisionibus & membris numerus est adhibendus, quam aper*

Oratio quæ membris constat, valde reficit spiritum.

Oratio quæ membris carpitur lõgißime aliquãdo excurrit.

aperte & palam in ambitu adhibetur.

In quo scribendi genere circunscripte, in quo sit mẽbratim dicendum. Cap. 48.

Cice. in orat.

IN historia, laudationibus, totoq; eo genere, quod Græci epidicticon nominãt, quod quasi ad inspiciendum delectatio nis causa cõparatum sit, omnia Isocrateo, Theopompeoq; more illa circũscriptione & ambitu dicenda sunt, vt tãquam in orbe inclusa currat oratio. Itaq; posteaquam est cognita hæc vel circunscriptio, vel comprehensio, nemo qui aliquo esset in numero, scripsit orationem eius generis, quod esset ad delectationem comparatum, remotumque à iudicijs forensique certamine, quin redigeret omnes in quadrum numerumque sententias. Genus autem hoc orationis nec totum assumendum est ad contentiones, & causas veras, nec omnino repudiãdum. Si enim sem per vtare, cum satietatem affert, tùm quale sit ab imperitis etiam cognoscitur. Detrahit præterea actionis dolorem, aufert humanum sensum actoris, tollit funditus veritatem & fidem. Sed quoniam adhibenda nonnunquã est, primum videndum erit quo loco, deinde quandiu retinenda sit, tùm quot modis commutanda. Adhibenda est igitur numerosa oratio si aut laudandum est aliquid ornatius, vt Cic. in accusationis secun

In epidictico genere omnia sunt circunscripte dicẽda.

In veris causis, nec assumẽda est omni numerosa oratio, nec omnino repudianda.

do de Siciliæ laude dixit: aut exponenda narratio, quæ plus dignitatis desiderat, quam doloris, vt in quarto accusationis, idem Cicero de Syracusarum situ dixit. Act. 2. in Ver.

In amplificanda re numerose funditur oratio.

Est etiam apta proœmijs maiorum causarum vbi solicitudine, miseratione, commẽdatione res eget. Sæpe etiã in amplificanda re concessu omnium funditur numero se & volubiter oratio. Id autẽ tũm valet, cùm is, qui audit ab oratore iam obsessus est, ac tenetur. Nõ enim id agit, vt insidiantem obseruet, sed iam fauet, processumq; vult, dicendique vim admirans, non inquirit, quod reprehendat. Act. 4. in Ver.

Perorationes hoc genere orationis constant.

Hæc autem forma per orationes quidem includit, sed in reliquis orationis partibus retinenda non diu est. Nam cum locis supradictis ea fuerimus vsi, tota dictio est ad incisa & membra transferenda. Incisim autem & membratim tractata oratio, in veris causis plurimum valet, maximeq; his locis, cũ aut arguas, aut refellas.

Qua ratione paretur hæc facultas apte, ac numerose dicendi. Cap. 49.

Nõ est tãti laboris quãti videtur hæc facultas numerose dicendi.

HAEC AVTEM facultas apte atque numerosè dicendi, non est tanti laboris quanti videtur. Nec ideo hæc tractantur à summis viris, vt oratio, que ferri debet ac fluere, dimetiendis pedibus, ac perpendendis syllabis consenescat. Satis Cicer. In orat.

enim

enim in hoc oratorem formabit multa scribēdi exercitatio, vt extēpore etiam apte numeroseq; dicat. Ante enim circunscribitur mente sententia, confestimq; verba concurrunt, quæ, mens eadem, qua nihil est celerius, statim dimittit, vt suo quodq; loco respondeat. Quòd si Antipater ille Sidonius solitus est versus Hexametros, aliosq; varijs modis ac numeris fundere ex tēpore, tantūq; hominis ingeniosi ac memoris valuit exercitatio, vt cum se mente ac voluntate coniecisset in versum, verba sequerētur, quanto id facilius in oratione, exercitatione & consuetudine adhibita consequemur? Nihil est enim tam tenerum, neq; tā flexibile, neq; quod tam facile sequatur, quocūq; ducas, quā oratio. Ex hac versus, ex eadem dispares numeri conficiuntur: ex hac hæc etiam soluta varijs modis, multorūq; generū oratio. Et vt mollissimā ceram ad nostrū arbitriū formamus, sic orationis genus ad omnē rationē, & auriū voluptatē, & animorū motū facile mutatur, & vertitur. Neminē itaq; Pæon aut Creticus ille aut Dichoreus conturbet, ipsi occurrent orationi, ipsi, inquā, se offerent, & respondebunt nō vocati, consuetudo modò adsit scribēdi hoc modo atq; dicendi: Vt. n. musici accuratè primo & cogitatè suæ artis præscripta & formulas obseruāt, at vbi vsus accesit, sine cogitatione etiā & cura eadē illa incredibili celeritate efficiunt: sic vbi orator hoc modo scribere initio cōsueuerit, sine vllo labore postea similiter scribet ac dicet.

Antipater Sidonius solitus est versus ex tēpore fundere.

Nihil est tam tenerū & flexibile quā oratio.

Quanti momenti sit apte dicere. Cap. 50.

Quæ

QVantum autem sit aptè dicere, experiri licet, si aut compositi oratoris bene structam collocationem dissolvas, permutatione verborum: corrumpatur enim tota res, ut hæc Ciceronis in Cornelianа: Neque me divitiæ movent, quibus omnes Africanos & Lælios, multi venalitij mercatoresque superarunt, immuta paululum, ut sit: Multi superarunt mercatores, venalitijque, perierit tota res. Et quæ sequütur: Neque vestis, aut cœlatum aurum & argentum, quo nostros veteres Marcellos, Maximosque multi Eunuchi è Syria, Aegyptoque vicerunt. Verba permuta sic, ut sit, vicerunt Eunuchi è Syria, Aegyptoque. Adde tertium, Neq; vero ornamenta ista villarum, quibus L. Paululum, & L. Mummium, qui rebus his urbem Italiamq; referserunt, ab aliquo video perfacile Deliaco aut Syro potuisse superari. Fac ita, potuisse superari ab aliquo Syro, aut Diliaco. Vides ne ut ordine verborum paululum commutato, ijsdem verbis stante sententia, ad nihilum omnia recidant, cum sint ex aptis dissoluta? Aut si alicuius inconditi arripias dissipatam aliquam sententiam, eamq; ordine verborum paulum commutato in quadrũ redigas, efficiatur aptum illud, quod fuerit antea diffluens an solutum. Age sume de Gracchi apud censores illud, Abesse non potest, quin eiusdem hominis sit probos improbare, qui improbos probet. Quãto aptius si ita dixisset: Quin eiusdẽ hominis sit, qui improbos probet, probos improbare? Hoc modo dicere nemo unquã noluit, nemoq; potuit, quin dixerit. Qui autẽ aliter dixerunt,

Cic. in orat. Quit li. 9. ca 4.

Hic locus est apud Cic. in orat. nam Cornelia na nõ extat.

xerunt, hoc assequi non potuerunt. Res autem se sic habet, vt breuissime dicam, quod sentio, compositè & aptè sine sententijs dicere, insania est, sententiose autē sine verborum & ordine, & modo infantia: sed huiusmodi tamen infantia, vt ea qui vtantur, non stulti homines haberi possint, etiam plerūque prudentes: quo, qui est contentus, vtatur. Eloquens verò, qui nō approbationes solum, sed admirationes, clamores, plausus, si liceat, mouere debet, omnibus oportet ita rebus excellat, vt ei turpè sit quicquā aut spectari, aut audiri libētius. Hæc Cicero in oratore. Quare cū Aristoteles, qui aureū fundit flumē orationis: cū Theophrastus qui diuinitate loquēdi nomē inuenit: cū Isocrates, quē eloquētiæ patrem Cicero appellat: cum Demosthenes, cui sine dubio summa vis eloquentiæ conceditur: cum Cicero, qui primum cū Græcorum gloria latine dicendi copiam æquauit, hanc eloquentiæ partem tanti fecerint: eam nobis summa debemus industria, summo etiam studio comparare.

Eloquens omnibus debet rebus excellere.

Aristoteles aureū fundit orationis flumen.

Demosthenis summa vis eloquentiæ conceditur.

De tribus generibus dicendi. Cap. 51.

Cice. in orat. Quīt. li. 9. ca. 4.

Perspicuum est aliud dicendi genus in paruis causis, aliud in modicis, aliud in grauibus desiderari. Nec solum variæ causæ varium dicēdi genus efflagitant: sed diuersæ orationis partes, diuersam quoque orationis formā postulāt. Quod cū ita sit, quot sint genera dicēdi, & in quibus tū causis,

Tria sunt genera dicẽdi subtile, tẽperatũ, & vehemens.

causis, tum orationis partibus ea sint adhibenda, dicamus. Tria sunt igitur dicẽdi genera, in quibus omnibus per æque debet florere excellens & perfectus orator: Vnum subtile, acutũ, & tenue. Alterum vehemens, copiosum & graue. Tertium est interiectum intermedium, & quasi temperatum, inquo neq; est acumen superioris generis, nec vis posterioris. Cum autem oratoris tria sint officia docere, mouere, & delectare: subtile in probando, modicum in delectando, vehemens inflectendo versatur. In genere subtili forma debet esse orationis à vinculis numerorum libera & soluta, non tamen vaga, vt ingredi libere, non vt licenter videatur errare. Diligentia etiam conglutinandi verba prætermittenda est, & omnis insignis ornatus remouẽdus. Ponentur tamen acutæ, crebræque sententiæ: ornamenta verborum & sententiarum cum tropis verecunde parceque adhibebuntur: trãslationes tamen poterunt esse crebriores, nec tam crebræ tamen, quàm in genere dicendi amplissimo. Genus temperatum vberius est aliquanto & robustius, quam hoc humile, de quo dictum est: summissius autem, quàm illud, de quo dicetur amplissimum: Huic omnia dicendi ornamẽta cõueniũt plurimũq; est in hac oratione suauitatis. In idem verborum cadunt lumina omnia, multa & sententiarum. Hoc in genere neruorum vel minimũ suauitatis autem est, vel plurimũ. At illud amplũ, graue, copiosũ, ornatũ, vim profecto habet vel maximam, modò enim perfringit, modo irrepit in sensus, inserit nouas opiniones euellit insitas. Hic orator & defunctos excitabit, vt Appium

Cice. In orat. Quīt. li. 12. c. 10

Genus subtile i probãdo modicum in delectãdo vehemẽs i flectẽdo versatur.

Quæ dicẽdi ornamenta cõuenîãt generi tẽperato.

Genus dicendi graue vim habet maximam.

In orat. pro cæs.

Appiũ Cæcũ. Apud hũc & patria ipsa exclamabit, aliquẽq; (vt apud Ciceronẽ in oratione cõtra Catilinã in senatu) alloquetur. Hic & amplificationibus extollet orationẽ, & vi superlationũ quoq; eriget: vt, Quæ Charybdis tam vorax? &, Oceanus medius fidius ipse hic iram, hic misericordiã inspirabit: hic dicet, Te vidit & fleuit, & appellauit, & per omnes affectus tractatur. His tribus generibus vtetur orator, vt res exiget, nec pro causa modò, sed pro partibus causæ. Magni igitur iudicij, summæ etiam facultatis esse debebit moderator ille, & quasi temperator huius tripartitæ varietatis. Nã & iudicabit, quid cuiq; opus sit, & poterit, quocũq; modo postulabit causa, dicere. Ad causas tenues, cuiusmodi est causa pro Cecinna, summißũ ad graues, qualis est Rabirij, vehemẽs, ad mediocres, ex quo genere est pro lege Manilia, tẽperatũ dicẽdi genus accõmodadũ est. In eadẽ etiã oratiõe ad cõciliadũ quidẽ mediocre, ad docẽdũ verò atque probãdũ, subtile & enucleatũ, ad mouẽdũ graue debet adhiberi. Est enim eloquẽtis propriũ, parua summisse, modica tẽperate, magna grauiter dicere. Multũ etiã refert quæ sit persona eius, qui dicit, & eorũ, qui audiũt. Non enim omnis fortuna, non omnis honos, nõ omnis autoritas, nõ omnis ætas, nec vero locus, aut tẽpus, aut auditor omnis eodẽ, aut verborũ genere tractandus est, aut sentẽtiarum. In omnibus etiã rebus vidẽdũ est quatenus. Et si enim suus cuiq; modus est, tamẽ magis offẽdit nimiũ quã parũ: vnde fit vt eloquẽtiæ, sicut reliquarũ rerum fundamentũ sit sapiẽtia. Hæc de elocutione dicta sint.

Nunc

Margin notes: Orat. 1. — Phil. 2. — Orator vtetur his tribus generibus vt res exiget. — Ad causas tenues genus dicendi tenue, ad graues graue, ad mediocres temperatũ accommodandum est. — Eloquentis proprium est parua summisse, modica temperate, magna grauiter dicere. — Eloquentiæ sicut ceterarũ rerũ fundamentũ est sapientia.

Nunc quoniam omnia conformãdæ & expoliendæ orationis præcepta, exposita sunt ordine, vt instituimus, ad memoriam transeamus.

De memoria. Cap. 52.

Simonides chius memoriæ artẽ instituit.

Emoriæ artem primum omniũ instituisse ferunt Chium Simonidem. Cum enim celebri et frequenti conuiuio interesset de triclinio egressus est. Eo egresso, triclinium supra conuiuas corruit, atq; ita contudit, vt cum eos humare vellent sui, non possent obtritos internoscere vllo modo. Tunc Simonides dicitur ex eo, quod meminisset, quo eorum loco quisq; cubuisset, demonstrator vniuscuiusq; sepeliendi fuisse. Cic. 3. de orat. Quit. li. 11. c. 2.

Memoria iuuatur signatis animo sedibus.

Ex hoc Simonidis facto notatum videtur, iuuari memoriam iam signatis animo sedibus. Quod suo quisq; etiã experimento credere potest. Nam cum in loca aliqua post tempus reuersi sumus, non ipsa agnoscimus tantũ, Sed etiã quæ in ijs fecerimus, reminiscimur, personæq; subeunt, nonnunquam tacitæ quoque cogitationes in animum reuertuntur.

An memoria sit eloquentiæ pars. Cap. 53.

Artificiosa memoria eloquẽtiæ pars est.

Etiam si memoria eloquẽtiæ cũ alijs artibus sit cõmunis, tamen artificiosa memoria oratoriæ artis merito pars existimatur. Ne sciretur

retur enim quanta vis eius esset, quanta diuinitas, nisi in hoc lumen ornandi vim extulisset. Non enim rerum modo, sed etiam verborum ordinē præstat, nec ea pauca contexit, sed prope in infinitum, ita vt in lōgißimis actionibus prius audiendi patientia, quàm memoriæ fides deficiat. Non immerito igitur thesaurus hic eloquentiæ dicitur, cum exemplorum, legum, sapiēter dictorum, beneq; factorum velut quasdam copias, quibus abundare, quasq; in promptu semper habere debet orator, incredibilis eius vis repræsentet.

Memoria est eloquētiæ thesaurus.

De artificio memoriæ. Cap. 54.

ARtificium igitur memoriæ à veteribus traditum, locis constat & imaginibus. Itaq; ijs, qui hanc ingenij partem exercent, loca multa prius anima capienda sunt spatiosa, multa varietate signata, illustria, explicata modicis interuallis, vt ædium fere magnarum, aut alterius ædificij: Hæc animo diligēter sunt affigenda, vt sine cunctatione ac mora partes eius omnes cogitatio poßit ordine percurrere. Plus enim quam firma debet esse memoria, quæ aliam memoriam adiuuet. Tum ea, quę fuerint scripta, vel cogitatione comprehensa, ordine his locis sunt commendanda, signis quæ memoriam eorum, excitent notata. Ita fiet vt res ordine teneantur. Exempli gratia, si sit de nauigatione, re militari, & agricultura dicendum, nauigatio

Artificiū memoriæ constat locis & imaginibus.

Cuius modi loca esse debeāt

nis anchora, rei militaris gladius vel ſpiculum, agricul turæ ſpica vel ſimile aliquid imo eſſe poteſt. Hæ imagines ſupradictis locis ordine ſunt committēdæ. Deinde, cum repetenda fuerit memoria, incipies ab initio loca recenſere, & quod cuiq; credideris repoſces. Imago enim cuiuſq; admonebit, vt quamlibet multa ſint, quorum meminiſſe oporteat, ſint ſingula connexa quodam choro. Sic enim fit vt ordinem rerum locorum ordo cōſeruet, res autem ipſas rerum effigies notēt. Vtēdum eſt autem imaginibus aliquid agentibus, acribus, inſignitis, quæ occurrere, celeriterq; percutere animū poſſint. Loca quæ aſſumpſeris, egregie commoduerq; notare oportebit, vt perpetuò hærere poſſint. Nā imagines pro rerum varietate ſubinde ſunt mutandæ, at loca perpetuò remanere debent.

Ordinem rerum locorum ordo res ipſas imagines notāt

Cuiuſmodi debeāt eſſe imagines.

Quid conferat hoc memoriæ artificium. Cap. 55.

VT ad quędā prodeſſe hæc nō eſt negādū, vt ſi rerū nomina multa per ordinē audita reddēda ſint, vel res diuerſæ ordine cōplectēdæ: ſic in ediſcēdis orationis perpetuæ verbis nihil fere proſunt. Singulorū enim verborū imagines memoriæ mādare, & inutile eſſet & infinitū. Si lōgiōr cōplectēda memoria oratio fuerit proderit per partes ediſcere. Nō eſt aūt inutile, quo facilius hæreāt, aliquas apponere notas, quarū recordatio cō-

Singulorū verborū imagines memoriæ mādare et inutile eſt infinitum.

cōmoneat & quasi excitet memoriā. Illud neminē nō iuuabit, ijsdē, quibus scripserit chartis, ediscere. Si ta mē quis vnam maximāq; artē memoriæ quærat, exercitatio est & labor. Multa ediscere, multa cogitare, & (si fieri potest) quotidie potentissimum est. Quantum autem natura studioq; valeāt memoria, vel Themistocles testis est, quem vnum intra annum optime locutum esse Persice constat: vel Mithridates, cui duas & viginti linguas, quot nationibus imperabat, traditur notas fuisse: vel Crassus ille diues, qui cum Asiæ præesset, quinq; græci sermonis differentias sic tenuit, vt quaquisq; apud eum lingua postulasset, eadem sibi ius redditum ferret: vel Cyrus, quem omnium militum tenuisse creditum est nomina. Quin semel auditos quālibet multos versus protinus reddidisse dicitur Theodectes. Explicatis memoriæ præceptis, restat vt de pronuntiatione dicamus.

Exercitatio est maxima memoriæ ars

Themistocles Mithridates Crassus, Cyrus & Theodectes memoria plurimum valuerunt.

De pronuntiatione & eius vtilitate. Cap. 56.

PRonūtiatio à plerisq; actio dicitur, sed prius nomen à voce, sequens à gestu videtur accepisse. Hæc aūt pars est, quæ in dicēdo vna damnatur sine hac summus orator esse in numero nullo potest mediocris hac instructus summos sæpe superare. Nam & infantes actionis dignitate eloquentiæ sæpe fructū tulerunt, & diserti deformitate agendi multi infantes putati sunt. Vt iam non sine causa huic primas dedis-

Pronūtiationis laus

Actio est quasi corporis quædam eloquentia. Pronũciationis duæ sunt partes.

se demosthenes dicatur, cum rogaretur quid in dicendo esset primum: huic secundas, huic tertias. Est enim actio quasi corporis quædam eloquẽtia. Cum sit autem in duas diuisa partes vocem, gestumq́;, quorum alter oculos, altera aures mouet, per quos duos sensus omnis ad animum penetrat affectus, prius de voce, deinde de gestu, qui voci etiam accõmodatur, dicendum est.

De voce. Cap.57.

Animus maxime voce mouetur.

Vocis mutationes totidem sunt, quot animorũ, qui maxime voce mouentur. Itaq́; perfectus orator vt cumq́; se affectũ videri, & animum audiẽtis moueri volet, ita certum vocis admouebit sonum.

Quod genus vocis postulent iracũdia, miseratio metus vis, & voluptas.

Aliud enim vocis genus iracũdia postulat acutum, incitatum, crebro incidens. Aliud miseratio, ac mœror flexibile, plenum, interruptum, flebili voce. Aliud metus, demissum & hæsitans & abiectum. Aliud vis, cõtentum, vehemens, imminens, quadam incitatione grauitatis. Aliud voluptas, effusum, lene, tenerum, hilaratum, ac remissum. Aliud molestia sine commiseratione graue quiddam & vno pressu ac sono obductum. Ac vocis quidem bonitas optanda est (non est.n. in nobis) sed tractatio in nobis. Ergo bonus orator variabit & mutabit, omnes sonorum tum intendens, tum remittẽs persequetur gradus. Nec modo in diuersis rebus, sed etiam in iisdem partibus, iisdemq́; affectibus, quasdã non ita magnas vocis mutationes adhibebit, Nam va-

Bonus orator omnes sonorũ tum intendẽs variat sonos.

rietas cum gratiam præbet, ac renouat aures, tum dicentem ipsa laboris mutatione reficit.

De gestu. Cap. 58.

Vocem subsequi debet gestus, & animo simul cum ea parere. Gestu sic vtēdum est, vt nihil in eo supersit. Status erit erectus & celsus, rarus incessus, nec ita lōgus, excursio moderata, eaque rara, nulla mollicia ceruicum, nullæ argutiæ digitorū: nō ad numerum articulus cadēs: trūco magis toto se orator moderabitur, & virili laterum flexione: brachij proiectione in contentionibus, contractione in remißis pedis supplosione in cōtētionibus, aut incipiendis, aut finiendis. Sed in ore sunt omnia. In eo autem ipso dominatus est oculorū. Animi enim est omnis actio, & imago animi vultus est, indices oculi: Hæc est vna pars corporis, quæ quot animi motus sunt, tot significationes & cōmutationes poßit efficere. Nam oris nō est nimiū mutādā species, ne aut ad ineptias, aut ad prauitatem aliquam deferamur. Oculorum igitur tum intentione, tū remißione, tum coniectu, tum hilaritate motus animorum significabimus apte cum genere ipso orationis. Est enim actio quasi sermo corporis, quo magis menti congruens esse debet.

Nihil in gestu debent supesse.

Quæ sint vitāda in gestu.

In ore & precipue in ocu'is est maxima vis actionis.

Oris ne nimiū mute tur species

Actio est quasi corporis sermo.

Quoniam in his tribus libris breuiter, vt vires nostræ tulerunt, quid esset Rhetorica, quod eius officium, atq; finis, dictū est: & de singulis eius partibus,

earumq́; vi & præceptis eſt diſputatum, illud ſolum nunc ſupereſt, vt omnes ad eloquẽtiã, quæ nihil aliud eſt, quã copioſe loquens ſapiẽtia, cohortemur. Ex qua illi profecto maximos et vberrimos fructus percipiãt, quid eam ad Dei.Opt.Max.cultum ac venerationẽ diligentiſsime contulerint. Cui enim potius eloquẽtiæ ſtudia conſecrentur, quam illi, vt hominis decus ingenium, ſic ingenij lumen eſſe voluit eloquentiam? Hoc igitur agamus, hoc curemus, in hoc conatus, cogitationesq́; noſtræ ſemper euigilent, vt tum eloquentiæ, tum cæterarum artium ſtudia parenti vitæ noſtræ deſeruiant. Cui omnia honoris, omnia virtutis, omnia ingenij ſine vlla exceptione debentur ornamenta.

FINIS.



INDEX ALPHABETICVS RERVM MEMO-rabilium, quæ in hoc opere continentur.

¶ Numerus paginam indicat, literæ vero, a.b. priorem & secundam paginæ faciem.

A

ABVSIO græc. Catachresis, quid: cum exemplis.46.a.

Abusio quomodo distinguatur à metaphora.46.a

Actionis seu pronuntiationis laus & vtilitas.74.a

Actioni primas partes in dicendo dedit Demosthenes.74.b

Actio est quasi corporis quædã eloquentia.74.b

Adiuncta quid sint.8.b

Adiuncta latissimè patent ibid.

Adiunctio fit tribus modis: & quid sit.51.b.

Adiunctio protozeugma & hypozeugma comprehendit, ibid.

Aduersa quid sint.8.a

Aegritudo quid sit.4.b

Aenigma est obscurior allegoria .47.a

Affectuum vtilitas.12.b.

Affectus in exordio & peroratione sunt frequentissimi: in narratione & confirmatione breuiores.38.a

Affectibus quomodo quis erit potentissimus.38.b

Afficiatur necesse est orator priusquam afficere conetur.38.b

Alexandri Macedonis laus.

Allegoria quid.46,b.

Allegoriam Cice. permutationem, alij inuersionem vocant.46.b

Allegoria mista in oratione frequẽs est.46.b

Allegoriam recipit oratio, sed raro totam.46.b

Allegoria genus orationis speciosissimum quomodo fiat.47.a

In allegoria quid custodiendũ.47.a.

Allegoria in quotidiano sermone est frequentissima.47 a

Ambitus magnitudo quæ esse debeat.68.a

Ambitus mediocris quatuor fere membris constat.64.a

Amplificatio quid sit.12.b

Amplificatio quomodo conficiatur. 2.b.

*Amplificatio à definitionibus conglobatis.*13.a

*Amplificatio à contrariarũ rerum conflictione.*13.b

*Ampl.à dissimilium rerum conflictione.*14.a

Ampl. à causis conglobatis. &c. 14.a

Ampl.à similitudine & exemplo. 14.b

*Ampl.à fictis personis & mutis rebus magnam vim habet.*15.a

*Amplificando adhibẽda sunt quæ magna habentur.*15.b

*Ad ampl.tria sunt genera vsu magnarum rerum.*15.b

*Amplificatione quomodo & quàm varie vtendum.*19.b

*Anadiplosis, lati. Conduplicatio, quid.*50.a.

Anadiplosis multis modis conficitur. 50.a.

Anaphora latin. Repetitio,quid 49.b

*Animi laus vera est,cæterarum rerum leuior.*18.a

*Animus naturalem quandam continet in se vocum omnium mensionem.*62.b

Animus maxime voce mouetur. 74.b

*Annominatio, græc. Paronomasia quid.*52.a

*Annominatio multis & varijs fit rationibus.ibid.*52.a

*Antecedentia quæ dicantur,*9.

*Antecedentia quomodo ab adiunctis distinguantur*9.a

*Antipater Sidonius solitus est versus extempore fundere.*70.a

*Antitheton,lati.Contrapositum vel contentio,quomodo & quot modis fiat.*53.a

*Antonomasia lati. Pronominatio, quid.*45.b

*Antonomasia quomodo ab Epitheto differat.*45.b

Aposiopesis Reticentia vel Interruptio quid:& quos ostẽdat affectus. 56.b

*Apostrophe lati.Auersio,quid.*56.b

Appositum græ.Epithetõ quid. 45 b.

*Appositorum vsus sit in oratione moderatus.*45.b

*Apte dicere quanti sit mom ẽti.*70.b

Apte & cõposite sine sentẽtijs dicere insania est:sentẽtiose vero sine verborum ordine & modo infantia

tia.71.a
Argumentum quid ſit.5.a
Argumentatio quid ſit.5.a
Argumentatione preßius dialectici quam Oratores vtuntur.5.a
Argumentatio oratoria quid, & quomodo conficiatur.31.b
Argumentatio quatuor habet partes.32a.
Argumentationes oratoriæ quomodo tractandæ.37.b
Argumentatio quo vberior & ſuauior eo credibilior.37.b
In argumentando varietas eſt adhibenda.37.b
Argumēta quō debeant collocari. 31.b
Arg. vitioſis nuſquam locus eſſe debet.31.b
Arg. vel inſita ſunt vel aſſūptæ.5.b
Argu. inſita & remota quæ.ibi.5.b
Argumentorum inſitorum loci ſunt ſedecim.5.b.
Argumenta aſſumpta ſunt ſex.5.b
Argumentum à definitione.6.a
Argu. à partiū diſtributione.ib.6.b.
Arg. à notatione, & à coniugatis.7.a
Argum. à genere.7.b
Argumentum à forma.7.b
Argum. à ſimilitudine.7.b
Argum. à diſsimilitudine.7.a.b
Argum. ab aduerſis.8.a
Argum. à priuantibus 8.a
Argu. ab adiunctis.8.b
Argum. ab antecedentibus.9.a
Argum. à conſequentibus.9.a
Argu. à repugnantibus.9.b
Argum. à fine.9.b
Argum. à cauſa efficienti.10.a
Argum. à forma.10.a
Argumentum à materia. 10.a
Argumentum ab effectu.10.b
Argum. à maioribus ad minora. 10.b
Argu. à minoribus ad maiora.11.a
Argum. à paribus.ibid.11.a
Argum. à remotis.11.a
Argum. à remotis arte tractantur, & teſtimonij nomine comprehenduntur.11.a
Argumenta remota quæ ſint.ibi.11.b
Argumentorum modus qualis.12.a
Ariſtotelis laus.62.b
Ariſtotelis verſum in oratione vetat eſſe numerum iubet.62.b
Ariſtotel. aureum fundit orationis flumen.71.a
Ars quid ſit, et eius materia.1.et.2.b
Artium cæterarum materia à Rhetoricæ materia quomodo differat. ibid.2.a

Ars naturæ iungi debet.4.a
Ars certior dux quàm natura. 4.a
Ars studiose colenda.ibid.4.a
Ars vbicunq; ostentatur, veritas ab esse videtur.
Asyndetō lati. Dissolutio, quid.51.a
Assumptio quid.32.b
Assumptionis approbatio.32.b
Athenienses omnium doctrinarum inuentores.45.a
Auditor quomodo reddatur beneuolus.25.a
Auditor quomodo fiat docilis.25.b
Auditor quomodo fiat attētus. 26. a
Auriū iudicium est superbissimum. 62.a

B

Enedicere quid.1.a.
Benedicere certis terminis non tenetur ibidem.2.a
Beneuolentia auditoris quomodo cōcilietur.25.a
Bona animi quæ.18.a
Bonarum artium studia ad quem locum pertineant.18.a
Bonis alijs corporis forma excellit. 17.b
Bonus Orator variabit omnes sonorum gradus.74.b
Brutum seruatorem patriæ, Antoniū vero proditorē vocat.Cic.13.b

C.

Aesaris laus, & virtutes. 67.a
Catachresis lati. abusio, quid: cū exemplis.46.a
Catachresis à metaphora quomodo distinguatur.46.a
Causa vel controuersia, græ. hypothesis, quid.2.a
Causarum tria genera.ibid.2.a
Causarum quatuor genera ibid. 9.b
Causa efficiens quid.10.a
Causæ efficientis vis qualis.ibi.10.a
Causarum genera magnam suppeditant in scribendo copiam.10.a
Causarum iterū genera quinq;.26.a
Certa quæ dicantur, & quæ pro certis habeantur.32.a
Cicero in perorando fuit vehementiss.38.b
Circunscriptio quid sit. 63.b
Clausulæ maximè concinnitatem desiderant,65.b
Clausulæ versuum non conueniunt clausulis orationis.66.a
Clausulæ cur sint variandæ.66.b
Clausulis qui pedes aptiores. 66.b.

Colla-

Collatio quid.60.a
Communicatio figura quid.56.a
Commutatio græ. Methathesis quid 53.b
Compar, græ. Isocolon quid, & quomodo fiat.53.a
Cōparatio tripliciter tractatur.10.b
Comparatio præstantium virorū in laudatione præclara est.19.b
Complexio figura quid.50.a
Complexio alia Ciceroni est Dilēma vulgo syllogismus cornutus.36.b.
Complexio falsa duobus modis dilui tur.36.b
Concessio quid sit.58.a.
Cōcio caput omnē vim orationis.23.b
Cūduplicatio græ. Anadiplosis quid 50.a
Conduplicatio varijs modis conficitur.50.a
Cōfirmatione quomodo vtendū.29.a
Confirmatio continet in se totā spē vincendi.29.a
Confirmatio dupliciter accipitur, et quid sit.37. reliqua quære in litera R. Refutatio, vbi plura.
Confirmatio figura.48.b
Coniecturæ eadē & prima quæstio, & discrepatio est extrema. 30. b.
Coniugata quæ dicantur.7.a
Coniuncta non cohærent necessario his quibus adiuncta sunt.8.b
Consequentia quid sint.9.a
Consilio quæ geruntur optimè expediri.32.b
consilio mundus gubernatur.32.b
Constitutione causæ cognita, facile satisfit oratoris muneri.29.a
constitutiones sunt tres.29.b
consulis laus.13.b
consultatio est pars causæ.2.b
consuetudo & vsus quantum valeat.70.a
Contrapositum seu contentio, quot modis fiat.52.a
contrariorum genera quatuor.8.a.
contraria contrariorum sunt consequentia.8.a
Controuersia in scripto existit quatuor modis.30.b
Controuersia ambigui, & contrariorum legum.31.a
Controuersiæ scripti semper in qualitatis statu versantur.31.
Conuersio græc. Epiphora, quid. 50.a.
Correctio quid: estque verborum & sententiarum figura.55.b
Crassus, Cyrus, & alij quantum memoria præstiterunt.74.a

Dactylus

D

DActylus pes in humili & ampliori oratione frequēs.67.a
Definitio,quid.6.a
Definitionum multa genera & præcepta.ibid. 6 a
Definitionis modus quis.6.a
Definiendi facultas necessaria oratori.6.a
Definitio inuolutum euoluit.ibi.6.a
Definiunt sæpe oratores & poetæ per translationem.6.b
Definitio perfecta raro ad amplificandum adhibeatur.13.a
Deliberationis partes suasio & dissuasio.2.b
Deliberatio tempus futurū spectat. ibid.2.b
Deliberationis finis.2.b
Deliberationis modus, & finis 20.b
Deliberatio tollitur si quid effici nō potest.21.a
Deliberantium animi diuersi.21.b
Deliberantis mores præcipui intuēdi.21.b
Deliberatio priuata narrationē nūquam exigit.29.a
Demonstratiui generis laus.16.b
Demosthenes cur oratorū princeps iudicetur.54.b
Demostheni summa vis eloquentiæ conceditur.71.a
Deprecatio vel Obsecratio quid. 58.b
Dichoreus in clausulis optime sibi iungitur.66.a
Dicere quid sit.1.
Dicere non habet definitam regionem.2.a
Dignitatis suasori quæ colligenda. 23.a
Diligentiæ vis.4.b.
Diligentia omnis minuta est. 15.b
Dilemma quid sit.36.a
Dilemma vnde dictum, & quomodo eo vtendum, ibid.36.b
Dilemma alias complexio & syllogismus cornutus.36.b
Dilemma quomodo conuertatur in ratiocinationem perfectam. 36. b.
Discrepatio scripti & voluntatis. 31.a
Disiunctio græc. Alyton vel hypozeugmenon,quid.51.b
Dispositio quid sit.3.a
Dispositio orationis pars quid.25.a
Dispositionis præcepta oratori vtilia & maximè necessaria. 24. b
Dispositionis ordo qualis in proposito seruandus.25.a

Dißi

Dißimilitudinis argumentū.7.b.8.a
Dißolutio, græ, Dialytō, quid.51.a
Dißolutio non in singulis modo verbis fit, sed etiam sententijs.51.b
Dissolutionis & Polysyndeti vnus est fons.51.b.
Distributio partium quid.6.b.
Distributio, græ. Merismos, quid. 58.b.
Dochimus semel positus quouis loco aptus.65.b.
Dochimus quouis loco aptus dummodo non iteretur.67.a.
Dubitatio græ. Diaporesis quid.56.a

E

Effecta quid sint, & eorum genera quatuor.10.b
Effecta cognitis causis, & causæ cognitis effectus facile intelliguntur.10.b
ab Effectu argum. dcq; eiusforma et materia.10.b
Efficiens causa quid.10.a
Eiusdem generis verba quæ.7.a
Elocutio pars Rhetoricæ quid.3.a
Elocutio Oratoris quid.39.b
Sine elocutione omnia alia superua cua sunt.39.b
In Elocutione quatuor spectanda. ibidem.40.b
Eloquentiæ dignitas.1.& .3.b
Eloquentiæ fundamentum sapientia.72.a
Eloquentia cum probitate iungenda.1.b
Eloquentiæ membra quinq;.3.a
Eloquentia natura arte, & exercitatione comparatur.3 .b.
Eloquentia absq; studio & ardore amoris parari non potest.4.b
Eloquentia est copiose loquens sapiē tia.18.a
Eloquentia vult esse locuples & speciosa.37.b
Eloquētia oratoris, inuentio vero ac dispositio prudentis hominis sunt 39.b.
Eloquens est, qui ita dicit, vt probet vt delectet, vt flectat. ibid. 40.
Eloquēs omnibus rebus debet excellere.71.a
Eloquendo nomen accepit orator tā apud græcos quā apud latinos.39.b
Eloquentiæ origo est verborum delectus.40.b
Eloquentiæ omnis laus continetur in apte atq; ornate dicendo.40.a
Eloquentiæ thesaurus memoria.73.a
Em

Emphasis Ciceroni significatio, quid 57.a
Enthymema est syllogismi pars, vel imperfectus syllogismus.33.b
Enthymema est bipartita argumentatio.33.b
Enthymema optimum est expugnantibus.ibid.33.b
Enthymema quare dicatur oratorius syllogismus.33.b
Enthymema unde dictum.ibid. 33.b
Enumeratio laudatori nõnunquam, suasori nõ saepe, accusatori saepius quam reo est necessaria.39.a
Enumerationis duo sunt tempora. ibid. 39.
Enumeranda si quae sunt, cum põdere et varietate id fieri debet.39.a
Epicherema grae. etiam syllogismus latin. Ratiocinatio dicitur. 35. a
Epicherema quibus constet.ibid.35.a
Epicherema quõ graeci appellẽt.25.a
Epicherema est aliquando breuiter comprehensa ratiocinatio.ibidem. 35.a
Epicheremate quõ vtendum ibidem. 35.a
In epidictico genere omnia sunt circunscripte dicenda.69.a
Epiphonema quid.59.a
Epiphora, lati Conuersio, quid. 50.a
Epitheton latin, appositum ab Antonomasia quomodo differat.45.b
Epithetis quãdo & quomodo in oratione vtendum.45.b
Epitheton non est tropus.45.b
Erotisis la. interrogatio quid. 55. a
Etymologia lati. Notatio.7.a
Etymologia oratoribus & poëtis est familiaris.ibid.7.a
Ethopoeia, Ciceroni Effictio & notatio quid,57.a
Exclamatio quid.59.a
Execratio quid.59.a
Exemplorum vis maxima est ad persuadendum.23.b
Exẽplũ est ĩductio inperfecta. 34. b
Exemplum argumentationis pars est.35.a
Exemplum quomodo differat à ratiocinatione, inductione, & Enthymemate.35.a
Exemplum ex vna re singulari aliã inducit.35.a
Exercitatio dicendi perfectionẽ cõsuma.4.a
Exercitatio est maxima memoria ars.74.a
Exordium quid sit.25.a
Exordiũ tribus rebus cõstat.ibi.25.a
Exor

Exordium in duas partes diuiditur. 26.b

Exordia qualia esse debeant. 27.a

In exordio leniter est alliciẽdus auditor. 27.a

Exordij vitia septem. 27.a

Exordium in genere iudiciali: & vnde sumendum. 27.b

Exordio non semper vtendum in iudicio. ibid. 28.a

Exordium in exornatione, & deliberatione quale esse debeat. 28.a

Exordia in exornatione sunt maximè libera. ibi. 28.a

Exordia in deliberatione vel nulla sunt vel breuia. 18.a

Exornationis partes duæ. 2.b

Exornationis tempora præsens & præteritum. ibid. 2.b

Exornationis finis, ibidem. 2.b

Exornatio quale genus amplificationis requirat. 16.b

In exornatione animi motus leniter tractantur. 17.a

Exornatio maxime idonea ad scribendum. 17.a

Exornationis præcepta multum conferunt ad deliberationem. 20.b

Experimentum est velut quoddam rationis testimonium. 20.b

Externa in homine quæ dicantur. 17.b.

F

FIguræ quæ vocũ habent similitudinem, aures in se precipuè vertunt. 49.b

Figura quid sit. 48.b

Figurarum & troporum discrimen. 48.b

Figuratur oratio tã verbis proprijs quàm translatis. 48.b

Figuræ vel sunt in verbis vel in sententijs. ibid. 48.b

Figuræ verborum quid: & quõ à figuris sententiarum distinguantur. 49.a

Figurarũ numerus & nomina variè ab autoribus traduntur. 49.a

Figuræ verborũ tribus maxime fiũt modis. 49.a

Figuræ quæ fiunt per adiectionem. ibid. 49.a

Figuræ verbor. quæ fiunt per detractionem, 51.a

Figuræ verborũ plures in eandem sententiam sæpe cadunt. 54.a

Figuræ verbor. quid cõferãt orationi, & quid in eis cauendum. 54.a.

Figuræ verb. non sint multæ, non iunctæ, non frequentes. 54.a

Figu-

Figuræ sententiarum quid: eæq; maiores quàm verborum.54.b.
Figurarum & troporum numerus quare incertus.59.b.
Finis Rhetoricæ qualis.1.a.
Finis quod sit.96.a
à Fine argumentum, ibid.9.b
Firmamentum quid sit.30.a
Forma quid dicatur.7.b.& 10.a
Formæ argumentum.7.b
Forma quid sit. 10.a
Forma vel artificiosa est vel naturalis.10,a
à Forma argumentum, ibid.
Fortitudo quid sit.18.b

G.

GEnus quid sit.7.b
Generis partes dicuntur formæ.7.b
à Genere argumenta.7.b
Generis demonstratiui laus.16.b.
Genera causarum quinq;.26.a
Genera quatuor sunt quæ controuersiam in omni scripto facere possunt.30.b
Genus dicendi est, quale eligendum. 40.b.
Genus orationis speciosissimum est, quod constat allegoria, similitudine, & translatione.47.a
in Genere epidictico omnia sunt circunscriptè dicenda.69.a
Genera dicendi sunt tria, & in quibus versentur.71.a.b
Genus dicendi graue vim habet maximam. 71.b
Generibus illis tribus quomodo vtēdum.72.a
Gestus oratoris quales esse debeant 75.a
In gestu quæ sint vitanda ibidem.
Gradatio quid, & eius exẽpla,51.a
Gradus cõmunitatis quales,22.a
Græcis magis concessum est fingere quàm latinis.42.a

H.

HIstoriæ laus.13.a
Hiulca nonnunquam decent. 61.a
Hypallagen vocant Rhetores metonymian.45.a
Hyperbaton idest Trãsgreßio.47.b
Hyperbaton solis poëtis conceditur. ibidem.
Hyperbaton quando non est tropus, ibid.48.a

Hyperbole est superlatio.48 a
Hyperbole non debet esse ultra modum ibid.
Hypothesis lati.Causa vel controuersia.1.a
Hypothesis quomodo ad thesin reuocanda sit.2.b
Hypotyposis, est Cice. Demonstratio,quid.56.b
Homerus propter excellentiam communc poetarum nomē fecit suum. 33.b
Homerū multæ Ciuitates sum ciuē esse dicunt.51.a
Hominum genus ad honestatem natum.21.b
Hominum duo sunt genera.ibid.
Homo ad intelligendum & agendū, non,ad voluptatem & pastum natus.9.b
Homo generosissimus est,qui virtute maxime excellit.34 a
Homoioptoton lati.similiter cadēs, quid·estq; in nominibus & verbis.52.b
Homioteleutō lati.similiter desinēs quid:& quomodo à moioptoto differat.ibid &.53.a
Honestatis magna est pulchritudo. 51.b.
Honestum quod est id solum bonum e.c.36.a.
Honesta apud honestos obtinere facile est.21.b.

I

Ambus pes in humili oratiōe frequentißimus.67.a
Imagines memoriæ cuiusmodi esse oporteat.73.a
Imagines singulorum verborū memoriæ mandare inutile est,& infinitum.73.b
Imitatio vel arti, vel exercitationi subijci potest.3.b
Incisum græ. Cōma,quid:& incisim dicere quid.63.a.b
Inductio quid.34.a
Inductione poetæ vehementer delectantur.ibid.
In inductione quæ cauenda.34
Infinitum inest indefinito.2.b
Ingeniū maximam vim ad dicēdum affert:& de Oratoris ingenio.3.b.
Ingenio disciplinis exculto nihil feracius.12.a
Initia versuum,initijs orationis non conueniunt.65.b
Insinuatio quādo sit neceßaria.26.b

